UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Universitätsbibliothek Paderborn**

# Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

Sessio XIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

Visual Library

CAuſæ Epiſcoporum, cum pro criminis obiecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice Max. referantur, ac per ipſum terminentur.

1. VIde Salzed. ad Bernard. *in practic. cap. 124. litt. A. verſ. hoc de clericis, in fine.* Henriquez *in ſumma lib. 13. cap. 55. §. 2.* Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num. 80.* Illuſtriſſ. D. Rodericum à Cunha *in tract. de confeſſoribus ſolicitantibus mulieres in confeſſione, quæſt. 12.* meipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi part. 3. allegat. 112. à princip.* & latiùs *infrà ſeſſ. 24. de reformat. cap. 5.* Alzed. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 7. à numer. 1.*

Archiepiſcopum non poſſe iudicare cauſas vertentes inter Epiſcopos ſuffraganeos, reſoluit Aldan. *in compendio canon. decis. lib. 1. tit. 1. num. 8.* vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum *in S. Congregat. cauſis Epiſcoporum præpoſita in vna Regien. 31. Maij 1588.* 2.

## *SESSIO XIV.*

### *De ſanctiſſimo Pœnitentiæ Sacramento.*

SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu S. legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato & Nuncijs, quamuis in decreto de [a] Iuſtificatione multus fuerit de Pœnitentiæ Sacramento, propter locorum cognationem, neceſſaria quadam ratione ſermo interpoſitus: tanta nihilominus circa illud noſtra hac ætate diuerſorum errorum eſt multitudo, vt non parum publicæ vtilitatis retulerit de eo exactiorem & pleniorem definitionem tradidiſſe, in qua demonſtratis, & conuulſis, Spiritus ſancti præſidio, vniuerſis erroribus, Catholica veritas perſpicua, & illuſtris fieret, quam nunc ſancta hæc Synodus Chriſtianis omnibus perpetuò ſeruandam proponit.

a Suprà ſeſſ. 6. c. 14.

VIde Theologos cum Magiſtro *in 4. diſt. 14.* S. Thom. *p. 3. q. 84.* vbi Nugnus, & Vaſquez, Victor. Armill. Silueſt. & alios Summiſtas *verb. Confeſſio, & verb. Pœnitentia.* Polianth. *eod. verbo.* Hieron. Onuphr. Luc. Pinell. & Thom. Zerol. *in ſuis tract. de Pœnitentia.* Cardin. Bellarm. *in ſuis controuerſ. cathol. lib. vnic. de Pœnitent.* Soar. *tom. 4. de Pœnitent.* Valent. *tom. 4. diſp. 7. quæſt. 3. cum tribus ſeqq.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 1. cap. 1. cum ſeqq.* Henriquez *in ſumm. lib. 4. de Pœnitentia.* Vitald. *in candelabr. aureo tit. de Pœnitentia.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p. 1 de Sacram.* vbi de Pœnitentia, Ioan. de la Cruz *in direct. conſcient. tract. de Sacrament. Pœnit.* Philiarc. *lib. 2. cap. 18.* Becan. *de Sacramentis in ſpecie, cap. 29. quæſt. 1.* Canon. *in relect. de Pœnitent.* Syluium *in 3. part. D. Thomæ quæſt. 84.* Nugn. *in eand. 3. part. quæſt. 84.* Ioan. Medina *in Cod. de Pœnitent.* Tanner. *tomo 4. tract. de Pœnitent.* Simplic. Mutin. *in ſua Theologia morali de Sacram. Pœnit.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 29.* Ægid. de Coninck *de Sacram. & cenſur. tom. 2. diſp. 1.* Bonacina *de Sacram. diſput. 5. de Pœnitentia,* Galgan. *de iure publico lib. 3. tit. 89.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſiaſt. tract. 5. cap. 1.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract. 7. de ſanctiſſimo Sacramento Pœnitentiæ,* Filliuc. *in quæſt. moralibus tract. 6.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept. 2.* Paul. Layman *in Theologia morali lib. 5. tract. 6.* nouiſſimè Ioan. de Lugo *de Sacrament. tom. 2. de Pœnitentia.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. cap. 10.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnitentia.*

---

### *De Neceſſitate, & inſtitutione Sacramenti Pœnitentiæ.*

### CAPVT PRIMVM.

SI ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum eſſet, vt iuſtitiam, in Baptiſmo, ipſius beneficio, & gratia, ſuſceptam, conſtanter tuerentur, non fuiſſet opus, aliud ab ipſo Baptiſmo Sacramentum ad peccatorum remiſſionem eſſe inſtitutum. [a] Quoniam autem Deus, diues miſericordia, cognouit figmentum noſtrum, illius etiam vitæ remedium contulit, qui ſeſe poſtea in peccati ſeruitutem, & dæmonis poteſtatem tradidiſſent, Sacramentum videlicet Pœnitentiæ, quo lapſis poſt Baptiſmum beneficium mortis Chriſti applicatur. [b] Fuit quidem pœnitentia vniuerſis hominibus, qui ſe mortali aliquo peccato inquinaſſent, quouis tempore ad gratiam, & iuſtitiam aſſequendam neceſſaria, illis, etiam, qui Baptiſmi Sacramento ablui petiuiſſent, vt, peruerſitate abiecta, & emendata, tantam Dei offenſionem cum peccati odio, & pio animi dolore deteſtarentur. Vnde Propheta ait: [c] Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas; Dominus etiam dixit: [d] Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Et princeps Apoſtolorum Petrus peccatoribus Baptiſmo initiandis pœnitentiam commendans, dicebat: [e] Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum. α *Porrò nec ante aduentum* Chriſti Pœnitentia erat Sacramentum, nec eſt poſt aduentum illius cuiquam ante Baptiſmum. Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipuè inſtituit, cum à mortuis excitatus, β *inſufflauit in diſcipulos* ſuos, dicens [f]: Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Quo tam inſigni facto, & verbis tam perſpicuis, poteſtatem remittendi, & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles, poſt Bapiiſmum lapſos, Apoſtolis, & eorum legitimis ſucceſſoribus fuiſſe communicatam, vniuerſorum Patrum conſenſus ſemper intellexit. Et Nouarianos, remittendi poteſtatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Eccleſia Catholica tanquam hæreticos exploſit, atque condemnauit. Quare veri-

a Infr. can. 1. Pſalm. 102. Epheſ. 2. ſic Innoc. cap. 1. epiſt. 91. inter epiſt. Auguſt. Nam quamuis redemiſſet, &c. & Cyprianus ab Auguſt. citatus lib. 2. cōtra Iulian. cap. 8. Quam benigna, quā neceſſaria.
b Sub ſeſſ. 6. c. 14. de iuſt. Conc. Cabil. c. 2.
c Ezech. 18.
d Luc. 13.
e Act. 2. & cap. prop. de conſecrat. diſt. 2.
f Ioann. 20. Matth. 16. c. vt conſtitueretur. 50. diſt. & infrà c. 8. in fin. & can. 3.

veriſſimum hunc illorum verborum Domini ſenſum ſancta hæc Synodus probans, & recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, qui verba illa ad poteſtatem prædicandi verbum Dei, & Chriſti Euangelium annuntiandi, contra huiuſmodi Sacramenti inſtitutionem falſò detorquent.

VIde Soar. *tom.4. de pœnit. diſp.16. ſect.1. num.4. cum ſeqq.* Sayr. *de Sacrament. in genere lib.2. cap.2. quæſt.1. art.1. verſ. de pœnitentia.* Valent. *tom.4. diſp.7. quæſt.9. punct.2.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.1. lib.1. cap.1. num.5.* Nugn. *q.84. art.3. dub.2. concl.2.* Pitigian. *diſt.17. quæſt. vnic. art.6. concl.2.* Vaſquez *in 3. p. tom.2. diſp.60. & 135. num.10. & tom.4. q.84. art.1. dub.1. & q.93. art.1. dub.1. cum ſeqq.* Ægid. de ConincK *de Sacram. & cenſur. tom.1. q.65. art.1. & q.66. nu.140.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.28. num.39. cum ſeqq.* Emman. de Valle *de incantat. & enſalmis, opuſc.1. ſect.2. c.11. num.18. cum ſeqq. & cap.13. num.6.* Bonacina *de Sacram. diſput.5. q.2. punct.4. à num.1.* Fernandez *in examine Theolog. moral. p.3. cap.6. §.1. num.2.* Barthol. à S. Fauſto *tom.3. tract. de Sacrament. q.6. lib.2.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moralis tract.7. cap.3. num.13. cum ſeqq.* Filliuc. *in quæſt. moralib. tract.6. cap.2. num.44. cum ſeqq.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcept.2. lib.1. in proœmio.* Paul. Layman *in ſumma Theologiæ moralis lib.5. de Sacram. tract.6. c.2. & 3. in princip.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib.2. cap.1. nu.43. & lib.14. c.5. à princip.*

α *Porrò nec ante aduentum, &c.*] Ergo in lege veteri Pœnitentiæ Sacramentum non extitiſſe, ex hoc tex. dicit Barthol. à S. Fauſto *d. lib.2. quæſt.4. in 2. p. & lib.4. quæſt.6.*

β *Inſufflauit in diſcipulos.*] Torreblanca *d. lib.2. cap.10. num.18.*

---

*De Differentia Sacramenti Pœnitentiæ, & Baptiſmi.*

## CAPVT II.

1 *Pœnitentiæ, & Baptiſmi differentia.*
2 *Abſolutio ſacramentalis non poteſt abſenti validè impendi.*
3 *Pœnitentia laborioſus quidam Baptiſmus à SS. Patribus dictus fuit.*
4 *Pœnitentiæ ſacramentum eſt neceſſarium neceſſitate medij in re, vel in voto lapſis poſt Baptiſmum.*
5 *Peccatum actuale, & originale commiſſum ante Baptiſmum non eſt materia ſacramenti Pœnitentiæ neceſſaria, vel ſufficiens.*
6 *Pœnitentiæ Sacramentum eſt neceſſarium neceſſitate medij.*
*Eſt neceſſarium neceſſitate præcepti. ibid.*

CÆterùm hoc Sacramentum [a] multis rationibus à Baptiſmo differre dignoſcitur. Nam præterquam quod materia, & forma, quibus Sacramenti eſſentia perficitur, longiſſimè diſſidet: conſtat certè, Baptiſmi miniſtrum iudicem eſſe non oportere, cum Eccleſia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipſam per Baptiſmi ianuam fuerit ingreſſus. [b] Quid enim mihi, inquit Apoſtolus, de ijs, qui foris ſunt, iudicare? Secus eſt de domeſticis fidei, quos Chriſtus Dominus [c] lauacro Baptiſmi ſui corporis membra ſemel effecit. Nam hos, α *ſi ſe poſtea crimine aliquo contaminauerint*, non iam repetito Baptiſmo ablui, cum id in Eccleſia Catholica nulla ratione liceat, β *ſed ante hoc tribunal*, tanquam reos, ſiſti voluit: vt per Sacerdotum ſententiam non ſemel, ſed quoties ab admiſſis peccatis ad ipſum pœnitentes confugerint, poſſent liberari. Alius eſt præterea Baptiſmi, & alius Pœnitentiæ fructus. Per Baptiſmum enim Chriſtum [d] induentes, noua prorſus in illo efficimur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remiſſionem conſequentes: ad quam tamen nouitatem, & integritatem per Sacramentum Pœnitentiæ, ſine magnis noſtris fletibus, & laboribus diuina id exigente iuſtitia, peruenire nequam poſſumus: γ *vt meritò Pœnitentia* laborioſus quidam Baptiſmus à ſanctis Patribus dictus fuerit. δ *eſt autem hoc Sacramentum* Pœnitentiæ lapſis ε *poſt Baptiſmum* ζ *ad ſalutem neceſſarium*, vt nondum regeneratis ipſe Baptiſmus.

a Sup. ſeſſ.6. de iuſtifi. at. cap.14. infrà can.2.
b 1. Cor.5. in fin. & multi. 2. q.1. c. iudicemus de diuort.
c 1. Cor. 12.
d Galat. 3.

VIde Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.2. cap.3. num.35.* Valent. *tom.4. diſp.7. quæſt.1. punct.5.* Soar. *tom.4. de Pœnitent. diſput.17. ſect.1. verſ. ſecunda veritas fidei.* Ægid. de ConincK *de Sacram. & cenſur. tom.1. q.68. art.3. num.41.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.28. num.38.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſiaſt. p.1. tract.3. cap.3. q.32.* Ioan. Valer *de different. inter vtrumque forum, verb. Baptiſmus, differ.1.* Bar-
1. thol. à S. Fauſto *tom.3. tract. de Pœnit. lib.2. quæſt.3.* vbi quatuor modis dicit Sacramentum Pœnitentiæ diſtingui à Baptiſmo.

α *Si ſe poſtea crimine aliquo contaminauerint, &c.*] Vide Ioan. de Lugo *de Sacrament. in tract. de Pœnit. diſput.16. ſect.1. num.32.* vbi dicit illud, *poſtea*, non debere reſtringi ad ſolum tempus ſubſequens, ita vt poſitiuè excludat ipſum inſtans, quo Baptiſmus perficitur.

β *Sed ante hoc tribunal, &c.*] Ex his verbis colligi abſo-
2. lutionem non poſſe abſenti validè impendi, ſic probant *infrà* referendi. Text. iſte aſſignans differentiam inter Baptiſmum, & Pœnitentiam, dicit Chriſtum velle eos, qui poſt Baptiſmum peccarunt, ſiſti ante hoc tribunal, vt per Sacerdotis ſententiam poſſint liberari; ſed ſiſti ante tribunal, eſt actu ſe præſentem conſtituere ante tribunal, vt patet ex *toto tit. ff. ſi quis caution. in iudicio ſiſtendi cauſa factis*, ergo pœnitens debet actu ſe præſentem conſtituere in obtinenda abſolutione. Ita Valent. *4. diſp.7. q.11. p.1. col.15.* Emmanuel Sà *verb. abſol. num.10.* Soar. *tom.4. diſp.19. ſect.3. num.7.* Peſant. *in addit. ad 3. p. q.10. ad fin. diſput.3.* Henriquez *in ſumm. lib.5. cap.2. num.7. lit. F.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.6. num.5.* & ideo Clemens VIII. in generali inquiſitione S. vniuerſalis Inquiſitionis, ſub die 20. Iunij 1602. prohibuit ſub grauibus pœnis propoſitionem, & vti falſam, ſcandaloſam & temerariam damnauit, videlicet licere per litteras, ſeu internuncium Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri; quod decretum referunt Fernandez *in examine Theolog. moral. p.3. cap.6. §.6. num.29.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Pœnit. differ.9 in fine.* Bonacina *de cenſur. extra Bullam Cœnæ, diſp.2. q.3. pun.33.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Parochi, c.19. n.44.* Sanc. *in ſelectis diſp.44. n.36. in fine.* Hurtado *de Sacramentis tract. de Pœnit. diſp.5. diffic.6. & diſput.8. diffic.5.* Barthol. à S. Fauſto *tomo 3. in tract. de Pœnitent. lib.2. quæſt.62.*

γ *Vt meritò Pœnitentia, &c.*] Vide Nauarr. *in cap. vlt. de* 3.
*Pœnitent. diſt.7. §. quod quamuis, num.10. & 11.* Sayr. *de Sacramentis in genere, lib.5. cap.1. quæſt. vnic. art.2. verſ. de pœnitentia.*

δ Eſt

4. δ *Eſt autem hoc Sacramentum*, &c. ] Vide S. Thom. *in addit. ad 3. p. quaſt. 6. art. 1.* vbi Nugn. *dub. 2.* Soar. *tom. 4. de Pœnit. diſp. 17. ſect. 2. num. 3. & ſect. 3. num. 3.* Henriquez *in ſumm. lib. 4. cap. 2. §. 1. & 2.* Vaſq. *tom. 4. diſput. 84. art. 5. dub. vnic. num. 44.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 6. num. 42. & lib. 28. num. 40.* Bonacina *de Sacrament diſput. 5. quaſt. 2. punct. 3. num. 1.* Fagundez *in quinque Eccleſia pracepta, pracept. 2. lib. 2. cap. 1. num. 2.* Fernandez *in exam. Theolog. moral. p. 3. cap. 6. §. 1. num. 3.* Hurtado *de Sacram. tract. de Pœnitent. diſp. 7. diffic. 3.* Torreblanca *d. lib. 2. cap. 10. num. 23. cum ſeqq.* latè Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnit. lib. 1. q. 57.* vbi docet Pœnitentiam eſſe ad ſalutem ſimpliciter neceſſariam neceſſitate medij his, qui mortaliter peccauerit, & *quaſt. 58.* reſoluit pœnitentiam in omni ſtatu ſuiſſe ad ſalutem neceſſariam neceſſitate medij, & *quaſt. 59.* diſputat vtrùm Pœnitentia ſit ad ſalutem neceſſaria neceſſitate præcepti, ita vt habens peccatum mortale, peccet, non pœnitendo? & *lib. 4. quaſt. 9. cum ſeqq.* vbi de Confeſſione idem dicit.

ε *Poſt Baptiſmum.* ] Ergo peccatum originale, ac etiam actuale commiſſum ante Baptiſmum non eſt materia 5.
ſacramenti Pęnitentiæ neceſſaria, vel ſufficiens, ita Medin. *in Cod. de Confeſſione, q. 5. ad fin.* Sot. *in 4. diſt. 14. q. 1. art. 2.* Henriquez *d. lib. 4. cap. 9. §. 1.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnit. lib. 2. q. 26. & 27.* Valer. Reginald. *d. lib. 6. num. 104.* Bonacina *d. diſp. 5. q. 3. punct. 1. num. 4.* Ioan. de Lugo *de Sacram. in tract. de Pœnit. diſp. 15. ſect. 3. num. 29. cum ſeqq. & diſp. 16. ſect. 1. num. 1. cum ſeqq.*

ζ *Ad ſalutem neceſſarium.* ] Sacramentum Pœnitentiæ 6.
neceſſarium eſſe ad ſalutem neceſſitate medij, reſoluunt Vaſquez *de Pœnitent. quaſt. 84. art. 2. dub. vnic. num. 44.* Suar. *tom. 4. diſput. 17. ſect. 2. num. 3. & ſect. 3. num. 3.* ConincK *diſp. 5 de Pœnit. dub. 1. num. 12.* Barthol. à S. Fauſto *tomo 3. tract. de Pœnitent. lib. 2. q. 16.* vbi *quaſt. 20.* tenet ſacramentum Pœnitentiæ neceſſarium eſſe ad ſalutem neceſſitate præcepti.

---

## *De Partibus, & fructu Sacramenti Pœnitentiæ.*

## CAPVT III.

*1 Forma ſacramenti Pœnitentiæ.*
*Particula, & cætera, qua vſum eſt Concil. in forma pœnitentiæ tradenda quid importet. ibid.*
*Verba à peccatis quid. ibid.*
*2 Materia proxima ſacramenti Pęnitentiæ ſunt actus pœnitentis, nempe cōtritio, Confeſſio, & ſatisfactio.*
*3 Materia remota ſacramenti Pœnitentiæ eſt peccatum actuale commiſſum poſt Baptiſmum.*
*4 Pęnitentię effectus quantum ad eius vim & efficaciam, eſt reconciliatio cum Deo.*

DOcet præterea ſancta Synodus, Sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipuè ipſius vis ſita eſt, in illius miniſtri verbis poſitam eſſe, Ego te abſoluo, &c. quibus quidem de Eccleſiæ ſanctæ more preces quædam laudabiliter adiunguntur: ad ipſius tamen formæ eſſentiam nequaquam ſpectant, neque ad ipſius Sacramenti adminiſtrationem ſunt neceſſaria: α *Sunt autem quaſi materia* huius Sacramenti ipſius pœnitentis actus, [a] nempe contritio, Confeſſio, & ſatisfactio: Qui quatenus in pęnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remiſſionem ex Dei inſtitutione requiruntur, hac ratione Pęnitentiæ partes dicuntur. Sanè verò res, & effectus huius Sacramenti, quantum ad eius vim, & efficaciam pertinet, β *reconciliatio eſt cum Deo*, quam interdum in viris pijs, & cum deuotione hoc Sacramentum percipientibus, conſcientiæ γ *pax, ac ſerenitas* cum vehementi ſpiritus conſolatione conſequi ſolet. Hæc de partibus, & effectu huius Sacramenti ſancta Synodus tradens, ſimul eorum ſententias damnat, qui Pęnitentiæ partes, incuſſos conſcientiæ terrores, & fidem eſſe contendunt.

a Sup. ſeſſ. 5. ... iuſtificat. 14. & infrà ... 4.

1. DOcet ſancta Synodus in præſenti, ſacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipuè ipſius vis ſita eſt, in illis miniſtri verbis poſitam eſſe, *Ego te abſoluo*, &c. Colligunt ex hoc text. Nauarr. *in manual. cap. 26. num. 2.* Soar. *tom. 4. de pœnitent. diſput. 19. ſect. 1. num. 21.* Henriquez *in ſumm. lib. 4. cap. 11. §. 3.* Nugn. *p. 3. quaſt. 84. art. 3. dub 2. verſ. multa dubiola,* Vaſquez *tomo 4. diſput. 84. art. 3. dub. 4. num. 4.* Pitigian. *de pœnitent. diſtinct. 14. quaſt. 4. art. 5. ad fin.* Marcel. Megal. *p. 1. inſtit. Confeſſar. lib. 2. cap. 9. cum ſeqq.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p. 1. de Sacramentis, vbi de ſacram. Pęnitentia, c. 3. dub. 3. n. 30. verſ. primera concluſion.* Sayr. *de Sacramentis in genere lib. 1. cap. 3. quaſt. vnic. art. 5. verſ. in Pœnitentia ſacramento.* Valer. Reginald. *in praxi fori pęnitent. lib. 8. num. 2.* Molfeſ. *in ſumma Theologia moralis tract. 7. cap. 5. de forma ſacramenti Pęnitentia,* Bonacina *de Sacrament. diſput. 5. quaſt. 4. puncto 1. num. 1.* Filliuc. *in quaſt. moralib. tomo 1. tract. 6. num. 61. cum ſeqq.* Fagundez *in quinque Eccleſia pracepta, pracept. 2. lib. 2. cap. 9.* Fernandez *in examine Theologia moral. p. 3. cap. 6. §. 8. num. 4.* Paul. Layman *in Theolog. morali lib. 5. tract. 6. cap. 3. num. 8. in fine,* Valent. *tom. 4. diſput. 7. quaſt. 1. puncto 3.* vbi *in verſ. ad illud.* reſpondet particulam, *&c.* qua vſum eſt Concilium in præſenti, poſt illa verba, *Ego te abſoluo*, non addi ad oſtendendum, alia verba eſſe de eſſentia, ſed ad indicandum alia poſſe adiungi, quæ de more adiunguntur, & non ſunt de eſſentia. Ægid. de ConincK *de Sacramentis tom. 2. diſput. 4. de pœnitent. dub. 8. à num. 49.* vbi ſubdit dictam particulam, *&c.* addi à Concil. in præſenti, vt indicaret ſe non definire an alia verba requirantur, ſed hoc relinquere Doctoribus diſputandum: in ſumma omnes concludunt ad eſſentiam, & valorem Sacramenti ſufficere hæc duo verba explicitè prolata, *Abſoluo te.* Hurtado *de Sacramentis tract. de Pęnitent. diſput. 5. difficult. 4.* vbi *diſp. 4. difficult. 4. verſ. ad rationem*, ait hic ideo dici efficacitatem huius Sacramenti præcipuè eſſe in abſolutione, quia in ea reperitur tanquam in forma modificante, & perficiente contritionem, & Confeſſionem pœnitentis, & ob id in Sacerdote dicitur eſſe poteſtas ipſa Clauium, & remiſſiua peccatorum, Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. in tract. de Pęnitent. lib. 2. quaſt. 45.* vbi dicit particulam illam, *&c.* non apponi in præſenti ad denotandum alia verba eſſe de eſſentia formæ, ſed ad ſignificandum alia poſſe adiungi, quæ de vſu ordinario Eccleſiæ adduntur: & *quaſt. 46.* reſoluit illa verba, *à peccatis tuis*, non eſſe de eſſentia, & valore huius formæ.

α *Sunt autem quaſi materia*, &c. ] Vide S. Thom. *3. part. quaſt. 84. art. 1.* vbi Nung. Soar. *d. tom. 4. diſp. 18 ſect. 3.* Nauarr. *in manual. pral. 10. num. 3. & in ſumma de Pęnitent. diſt. 5. num. 18.* Henriquez *d lib. 4. cap. 9. & 10.* Fernandez *in examine Theolog. moral. part. 3. cap. 6 § 3 num. 1.* Sayr *d. lib. 1. cap. 3. quaſt. vnic. art. 7. verſ. ad primum, in med.* Ægid. de ConincK *de Sacramentis tomo 2. diſp. 4. à num. 27.* & præcipuè *num. 32.* Bonacina *d. diſp. 5. q. 4. puncto 2. num. 1.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 2. quaſt. 24. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumma Theologia moralis tract. 7. cap. 3. num. 21.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. cap. 10. à num. 62.* Hurtado *de Sacramentis tract.*

de

*de Pœnitent. diſp. 4. diffic. 1. per tot.* vbi *in verſ. nihilominus*, dicit quòd ideo contritio, Confeſſio, & ſatisfactio dicuntur quaſi materia, cum eo addito, *quaſi*, & non abſolutè, non quia non ſunt materia phyſica, quia etiam materia aliorum Sacramentorum non eſt materia phyſica, & tamen à Concilio dicitur materia abſolutè, & abſque addito; ſed quia materia phyſica tam prima, quàm ſecunda, nempe compoſitum ſubſtantiale eſt vera ſubſtantia; actus autem pœnitentis, qui ſunt materia proxima ſacramenti Pœnitentiæ, & peccata, quæ ſunt materia remota illius, non ſunt ſubſtantiæ, ſed accidentia; materia verò, quæ in alijs Sacramentis aſſignatur à Concilio, ab eo dicitur materia abſolutè, & abſque addito, quia in illis aſſignatur materia remota, quæ vera eſt ſubſtantia: abſolutio tamen quamuis ſit accidens, dicitur forma abſolutè, (ſicut formæ aliorum Sacramentorum) & non dicitur quaſi forma, quia ratio formæ phyſicæ non ſolùm conuenit ſubſtantiæ, ſed etiam accidenti.

Materiam verò remotam huius Sacramenti neceſ- 3.
ſariam, eſſe peccatum actuale commiſſum poſt Baptiſmum, reſoluunt Doctores citati *in collect. ad cap. 2. num. vltim. huius ſeſſ.* quibus addo Fernand. *dict. capit. 6. §. 2.* Sufficientem autem materiam, ſed non neceſſariam, eſſe quodlibet peccatum, iam ſemel ac ſæpiùs ritè, & rectè confeſſum, definiuit Benedictus XI. *in Extrauag. 1. de priuileg.* & tradunt Fernandez *dict. capit. 6. §. 2. num. 3.* Sot. Tolet. Soar. & Henriq. quos refert & ſequitur Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept. 2. lib. 2. cap. 1. num. 14.*

β *Reconciliatio eſt cum Deo*, &c.] Vide Molſeſ. *d. tract. 7.* 4.
*cap. 6. num. 12.*

γ *Pax, ac ſerenitas*, &c.] De hac conſcientiæ pace in ordine ad hoc Sacramentum, vide Ioann. de Lugo *de Sacram. in genere, diſp. 2. ſect. 8. num. 166.*

---

*De Contritione.*

## CAPVT IV.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Contritio animi dolor ac deteſtatio eſt.*
3 *Pœnitentia formali ſine, vel virtuali, peccatum nequaquam remittitur.*
4 *Attritio quid.*
5 *A peccato cur ceſſare liceat.*

CONtritio, [a] quæ primum locum inter dictos pœnitentis actus habet, α *animi dolor, ac deteſtatio eſt* de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero. β *Fuit autem quouis tempore* ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis motus neceſſarius: & in homine poſt Baptiſmum lapſo ita demum præparat ad remiſſionem peccatorum, ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ, & voto præſtandi reliqua, coniunctus ſit: quæ ad ritè ſuſcipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Declarat igitur ſancta Synodus, hanc Contritionem, non ſolum [b] ceſſationem à peccato, & vitæ nouæ propoſitum, & inchoationem, ſed veteris etiam odium continere, iuxta illud: [c] Proijcite à vobis omnes iniquitates veſtras, in quibus præuaricati eſtis: & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum. Et certè, qui illos Sanctorum clamores conſiderauerit: [d] Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: [e] Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: [f] Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ, & alios huius generis: facilè intelliget, eos ex vehementi quodam anteactæ vitæ odio, & ingenti peccatorum deteſtatione manaſſe. Docet præterea, etſi Contritionem hanc γ *aliquando charitatem perfectam eſſe contingat, hominemque Deo reconciliare*, priuſquam hoc Sacramentum actu ſuſcipiatur; ipſam nihilominus reconciliationem ipſi Contritioni, ſine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non eſſe adſcribendam. δ *Illam verò Contritionem imperfectam*, quæ Attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati conſideratione, ε *vel ex gehennæ, & pœnarum metu* communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat, cum ſpe veniæ: declarat, non ſolum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verùm etiam donum Dei eſſe, & Spiritus ſancti impulſum, non adhuc quidem inhabitantis, ſed tantum mouentis, quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat. ζ *Et quamuis ſine Sacramento Pœnitentiæ* per ſe ad iuſtificationem perducere peccatorem nequeat: η *tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam diſponit.* Hoc enim timore vtiliter [g] concuſſi Niniuitæ, ad Ionæ prædicationem, plenam terroribus pœnitentiam egerunt, & miſericordiam à Domino impetrarunt. θ *Quamobrem falsò quidam* calumniantur Catholicos ſcriptores, quaſi tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ, abſque bono motu ſuſcipientium, gratiam conferre: quod nunquam Eccleſia Dei docuit, nec ſenſit. Sed & falsò docent, Contritionem eſſe extortam, & coactam, non liberam, & voluntariam.

a Supr. ſeſſ. 6. de iuſtit. c. 6. & 14.
b Infrà c. 5.
c Ezech. 18.
d Pſalm. 50. c. & venit de pœnit. diſt. 1. & c. totam, de pœnitent. diſt. 3.
e Pſalm. 6.
f Iſai. 38.
g Ionæ 3. Matth. 12. Lucæ 11. cap. quamobrem, de pœn. diſt. 1.

1. VIde S. Thom. *p. 3. quæſt. 85. cum ſeqq.* vbi omnes eius expoſitores, & præcipuè Vazq. & Nauarr. *in manual. cap. 1. num. 6.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 1. à cap. 2. vſque ad 7.* Ioan. Maldonat. *tom. 2. de pœnit. tit. de contritione,* Henriq. *in ſumma lib. 4. cap. 17. cum ſeqq.* Luc. Pinel. *de Sacrament. Pœnitent. vbi de contrit.* Soar. *tom. 4. de pœnitent. diſput. 4.* Hieron. Onuphr. *de pœnitent. diſput. 2.* Marcel. Megal. *part. 1. inſtitut. confeſſar. lib. 4.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini part. 2. lib. 5. cap. 3.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnit. lib. 3. de contritione, & attritione.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. & cenſur. tom. 1. quæſt. 68. num. 30. & tom. 2. diſput. 1. dub. 2. num. 13. cum ſeqq.* Petr. de Ledeſma *in ſumma p. 1. de Sacrament.* vbi de pœnit. *cap. 6. & 7.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis p. 3. cap. 6. §. 4.* Bonacin. *de Sacrament. diſput. 5. q. 5.* Galganet. *de iure publico, lib. 3. tit. 90.* Molſeſ. *in ſumma Theologiæ moral. tract. 7. cap. 7.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. q. 32. num. 2. verſ. qui verò,* Iul. Lauor. *de Iubilæo p. 1. cap. 14. num. 67. cum ſeqq.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract. 5. c. 1. quæſt. 7.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moralibus tract. 6. cap. 7. cum ſeqq.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 24. cap. 7.* de Contritione & attritione, Hurtado *de Pœnitent. diſput. 2. diffic. 1. cum ſeqq.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept. 2. lib. 2. cap. 3.* Paul. Layman *in Theologia morali lib. 5. tract. 6. cap. 4.* nouiſſimè Ioan. de Lugo *de Pœnitent. diſput. 5. ſect. 1. num. 13. cum ſeqq.*

α *Animi*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2. α *Animi dolor ac deteſtatio eſt.* ] Vide Fernandez *d. cap.* 6. §. 4. *num.* 5. Molfeſ. *d. tract.* 7. *cap.* 2. *nu.* 39. *cum ſeqq.* Fagundez *d. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 9. Torreblanca *d. lib.* 4. *c.* 7. *num.* 2. *cum ſeqq.* Hurtado *d. diſput.* 2. *diffic.* 1. *in princ.*

β *Fuit autem quouis tempore*, &c. ] Sine pœnitentia
3. formali, vel virtuali nequaquam poſſe remitti peccatum ſecundùm legem Dei ordinariam, tenet per hunc text. Barthol. à S. Fauſto *tom.* 3. *tract. de Pœnitent. libro* 1. *quæſt.* 46. vbi etiam diſputat an de potentia Dei ordinaria peccata actualia remitti poſſint abſque pœnitentia formali?

γ *Aliquando charitatem perfectam eſſe contingat, hominemque Deo reconciliare.* ] Ergo non ſemper contritio actu reconciliat; ſed conſequentiam hanc improbat Ioan. de Lugo *de Sacrament. tract. de Pœnit. diſput.* 5. *ſect.* 8. *num.* 124. vbi reſpondet, Concilium nomine contritionis intelligere perfectam, & imperfectam, vt conſtat ex ipſius verbis, ideo dicit contingere aliquando contritionem eſſe perfectam, & reconciliare, non quia non omnis contritio perfecta reconciliet, ſed quia non omnis contritio eſt perfecta, imò ex hoc Concilij loco ſincerè intellecto putant omnes Fideles contritionem perfectam, quæ ex vera Dei dilectione oritur, ſemper afferre remiſſionem præſentem peccatorum; nam Concilium pro eodem reputat contritionem eſſe charitate perfectam, hoc eſt, ex dilectione Dei, & reconciliare; licèt neutrum ſit de ratione omnis contritionis, prout abſtrahit à perfecta, & imperfecta.

4. δ *Illam verò contritionem imperfectam*, &c. ] Vide Soar. *d. tom.* 4. *diſput.* 5. Henriq. *d. lib.* 4. *cap.* 17. §. 4. *& cap.* 26. §. 5. Valent. *tom.* 2. *diſput.* 2. *quæſt.* 8. *punct.* 2. Pitigian. *part.* 2. *diſt.* 14. *quæſt.* 2. *art.* 6. *concl.* 2. Chamerot. *de Sacrament. tract.* 6. *de contrit. dub.* 2. Onuphr. *d. diſput.* 2. *ſect.* 1. *quæſt.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 5. *num.* 71. *cum ſeqq.* Zerol. *de pœnit. cap.* 6. *dub.* 2. *&* 3. Fernandez *d. cap.* 6. §. 4. *num.* 12. *cum ſeqq.* Torreblanca *d. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 14. *cum ſeqq.* Bonacin. *d. diſput.* 5. *quæſtione* 5. *puncto* 3. Molfeſ. *d. tract.* 7. *cap.* 8. Fagundez *d. lib.* 2. *cap.* 4. *&* 5. Paul. Layman *d. lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 4. Ioan. de Lugo *de Sacrament. tract. de Pœnit. diſput.* 5. *ſect.* 9. *à num.* 130. Hurtado *d. tract. de Pœnit. diſput.* 6. *diffic.* 2. *cum ſeqq.*

ε *Vel ex gehennæ, & pœnarum metu*, &c. ] A peccato ceſſare licet ob pœnas inferni tanquam ob impulſiuum, 5.
ſecundùm Sancium *in ſelect. diſput.* 24. *ſub num.* 11. & eſt actus elicitus à virtute ſpei, Suar. *de pœnit. diſput.* 5. *ſect.* 2. *num.* 10. & de Fide *tract. de ſpe diſput.* 1. *ſect.* 4. *num.* 11. vbi *num.* 10. aduertit timorem ſeruilem, quo timetur pœna ſuper omne malum, non eſſe actum virtutis, Torreblanca *d. cap.* 7. *num.* 17.

ζ *Et quamuis ſine Sacramento Pœnitentiæ*, &c. ] Condiſtinguere ergo videtur Concilium attritionem, quæ ſufficit ſolum cum Sacramento, ab ea diſpoſitione, quæ ſufficit ſine Sacramento; ſed vide Suar. *diſputat.* 20. *ſect.* 1. *num.* 10. *cum ſeqq.* Ludouic. Merat. *diſputat.* 19. *de Pœnitent. ſect.* 1. latè Ioan. de Lugo *d. diſput.* 5. *ſect.* 9. *num.* 133. *cum ſeqq.*

η *Tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam diſponit.* ] Intelligit Hurtado *d. tract. de Pœnit. diſput.* 6. *diff.* 2. ſufficienter & infallibiliter, quia extra Sacramentum etiam diſponit, ſed non ſufficienter, vltimò, & infallibiliter, idem tangit *diffic.* 3. *poſt princ.*

θ *Quamobrem falsò quidam*, &c. ] Vide Molfeſ. *d. tract.* 7. *cap.* 6. *num.* 14. Ioan. de Lugo *d. tract. de Pœnit. diſput.* 5. *ſect.* 9. *num.* 136.

---

## *De Confeſſione.*

## CAPVT V.

1 *Doctores de ſacramentali Confeſſione agentes.*
2 *Peccatorum ſcientia in ſpecie Confeſſarijs neceſſaria.*
3 *Peccata omnia mort. poſt Baptiſmum commiſſa neceſſariò explicanda ſunt in confeſſione.*
4 *Pœnitens circa peccata mort. quantam inquiſitionem præmittere debeat.*
5 *Peccata venialia omitti poſſunt à pœnitēte, nec obligatur ea confiteri per ſe ex præcepto Eccleſiæ.*
6 *Peccata omnia, quæ memoriæ occurrunt, confitenda.*
7 *Doctores referuntur agentes de circumſtantijs in Confeſſione neceſſariò explicandis.*
8 *Confitendi modus.*
9 *Præcepto annuæ Confeſſionis tenentur omnes, qui ad annos diſcretionis peruenerint.*
10 *Pœnitentiario Confeſſus ſatisfacit Eccleſiæ præcepto.*
11 *Epiſcopus poteſt aduerſùs eos, qui temporibus ab Eccleſia ſtatutis confiteri, & Euchariſtiam ſumere neglexerint, vſque ad excommunicationem procedere.*
12 *Confeſſionem, & ſacram communionem ſemel in anno omittentes de hæreſi ſunt ſuſpecti.*
13 *Præcepto annuæ confeſſionis ſatisfacit tantùm qui confitetur bene.*
14 *Præceptum annuæ confeſsionis obligat intra annū computandum à Quadrageſima in Quadrageſimam.*
15 *Præcepto annuæ Confeſsionis ſatisfit quauis confeſſione facta per annum.*
16 *Peccata ſua, qui per totum annum confeſſus non eſt, tenetur ſtatim in ſequenti anno ſub noua culpa confiteri.*
17 *Confiteri ſtatim tenetur ex præcepto Eccleſiæ qui præuidet quòd tranſacta illa occaſione non poterit ex penuria Confeſſarij in toto anno confiteri.*
18 *Papa diſpenſare poteſt in præcepto Eccleſiaſtico de confitendo ſemel in anno.*
19 *Peccata omittēs in Confeſsione huius anni per obliuionem excuſabilem an teneatur vi præcepti confiteri eadem peccata.*
20 *Imperator & Reges tenentur præcepto Eccleſiaſtico de confitendo ſemel in anno.*
21 *Pueri omnes, qui ſciunt moraliter peccare, & inter bonum, & malum, licitum, & illicitum diſcernere, ſtatim obligantur præcepto annuæ confeſſionis.*

EX [a] inſtitutione Sacramenti Pœnitentiæ, iam explicata, vniuerſa Eccleſia ſemper intellexit, inſtitutam etiam eſſe à Domino, α *integram peccatorum Confeſſionem*, & omnibus poſt Baptiſmum lapſis iure diuino neceſſariam exiſtere, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, [b] β *è terris aſcenſurus ad cœlos*, Sacerdotes ſui ipſius Vicarios reliquit, tanquam præſides, & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Chriſti fideles ceciderint, quo, pro poteſtate Clauium remiſſionis, aut retentionis peccatorum ſententiam pronuncient, conſtat enim Sacerdotes iudiciū hoc incognita cauſa exercere non potuiſſe, neq; æquitatem quidem illos in pœnis iniungendis ſeruare potuiſſe, γ *ſi in genere duntaxat, & non potius in ſpecie*, ac ſigillatim, ſua ipſi peccata declaraſſent.[c] Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus,

a Lucæ 5. & 17. Iacob. 5. 1. Ioann. 1. infrà can. 6. b Ioan. 20. Matth. 16. c. verbum de pœn. diſt. 1. & c. adhuc. de pœn. diſt. 3.

tentibus,

tentibus; *ꝺ omnia peccata mortalia*, quorum, *ε poſt diligentem ſui diſcuſſionem*, conſcientiam habent in confeſſione recenſeri, etiam ſi occultiſſima illa ſint, & tantum aduerſus duo vltima[d] Decalogi præcepta commiſſa, quæ nonnunquam animum grauius ſauciant, & periculoſiora ſunt ijs, quæ in manifeſto admittuntur. *ζ Nam venialia*, quibus à gratia Dei non excludimur, [e] & in quæ frequentius labimur, quamquam rectè & vtiliter, citraque omnem præſumptionem in Confeſſione dicantur, quod piorum hominum vſus demonſtrat, taceri tamen citra culpam, multiſque alijs remedijs expiari poſſunt. Verum, cum vniuerſa mortalia peccata, etiam cogitationis, [f] homines iræ filios, & Dei inimicos reddant, neceſſum eſt, omnium etiam veniam cum aperta, & verecunda Confeſſione, à Deo quærere. Itaque, dum omnia, *η quæ memoriæ occurrunt peccata*, Chriſti fideles confiteri ſtudent, proculdubio omnia diuinæ miſericordiæ agnoſcenda exponunt. Qui vero ſecus faciunt, & ſcienter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina non curat. *θ Colligitur præterea, etiam eas circumſtantias*, in Confeſſione explicandas eſſe, quæ ſpeciem peccati mittant quòd ſine illis peccata ipſa neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innoteſcant, & fieri nequeat, vt de grauitate criminum rectè cenſere poſſint, & pœnam, quam oportet, pro illis, pœnitentibus imponere. Vnde alienum à ratione eſt, docere circunſtantias has ab hominibus otioſis excogitatas fuiſſe, aut vnam tantum circumſtantiam confitendam eſſe, nempe peccaſſe in fratrem. Sed & impium eſt, Confeſſionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impoſſibilem dicere, aut carnificinam illam conſcientiarum appellare. Conſtat enim nihil aliud in Eccleſia à pœnitentibus exigi, quam vt, poſtquam quiſque diligentius ſe excuſſerit, & conſcientiæ ſuæ ſinus omnes, & latebras, explorauerit, ea peccata confiteatur, quibus ſe Dominum, & Deum ſuum mortaliter offendiſſe meminerint, *ι reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt*, in vniuerſum, eadem Confeſſione incluſa eſſe intelliguntur, pro quibus fideliter cum Propheta dicemus, [g] Ab occultis meis munda me Domine. Ipſa verò huiuſmodi Confeſſionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia grauis quidem videri poſſet, niſi tot tantiſque commodis, & conſolationibus leuaretur, quæ omnibus, dignè ad hoc Sacramentum accedentibus, per Abſolutionem certiſsimè conferentur. *κ Cæterum, quo ad modum confitendi ſeretò*, apud ſolum ſacerdotem, etſi Chriſtus non vetuerit, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum, & ſui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem, delicta ſua publicè confiteri poſsit, non eſt tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec ſatis conſultè, humana aliqua lege præciperetur, vt delicta præſertim ſecreta, publica eſsent confeſsione aperienda. Vnde cum à ſanctiſsimis, [h] & antiquiſsimis Patribus, magno vnanimique conſenſu, ſecreta Confeſsio ſacramentalis, qua ab initio Eccleſia ſancta vſa eſt, & modo etiam vtitur, fuerit ſemper commendata, manifeſtè refellitur inanis eorum calumnia, qui eam à diuino mandato alienam, & inuentum humanum eſse, atque à Patribus, in Concilio Lateranenſi congregatis initium habuiſse docere non verentur, neque enim per Lateranenſe Concilium Eccleſia [k] ſtatuit, vt Chriſti fideles confiterentur, *λ quod iure diuino neceſſarium*, & inſtitutum eſse intellexerat, ſed vt præceptum Confeſsionis, *μ ſaltem ſemel ν in anno ξ ab omnibus & ſingulis, ο cùm ad annos diſcretionis perueniſſent*, impleretur. Vnde iam in vniuerſa Eccleſia, cum ingenti animarum fidelium fructu, obſeruatur mos ille ſalutaris confitendi, ſacro illo, & maximè acceptabili tempore Quadrageſimæ, quem morem hæc ſancta Synodus, maximè probat, & amplectitur, tanquam pium, & meritò retinendum.

d Deut. 5.

e Suprà ſeſſ. 6. cap. 23 c. adhuc. & c. de quotidianis de pœnit. diſt 3

f Epheſ. 2.

g Pſalm. 18.

h Concil. Cabilonen. 1 cap. 33.

k Conc. Lateran. ſub Innoc. 3. c. 21. c. omnis vtriuſq; de pœnit. & remiſſ.

1. Vide S. Thom. 3. *part. quæſt. 90. cum ſeqq.* vbi latiſſimè Vazquez, Nauarr. *in man. cap. 2. num. 1. cum ſeqq. & c. 21. nu. 30. & 34. & in ſumma de pœnit. diſt. 1. nu.* 18. Ioan. Maldon. *tom. 2. de pœnit. in controuerſ. de confeſſ.* Luc. Pinel. *de Sacramento Pœnitentiæ, tract. 2. de confeſſ.* Vincent. Mazzol. *in breui regula ad Confeſſarij, & confitentis munus rectè obeundum*, Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 1. c. 8. cum ſeqq.* Henriq. *in ſumma lib.* 5. Marcel. Megal. *p. 1. inſtitut. Confeſſar.* Petr. de Ledeſma *in ſumma part.* 1. vbi de Sacramento Pœnitentiæ, *cap.* 8. Ægid. de ConincK *de Sacrament. tom. 2. diſput. 4. à num.* 27. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 6. à num.* 28. Galganet. *de iure publico lib. 3. tit.* 92. Fernandez *in examine Theologiæ moralis part. 3. cap. 6. §. 6.* Bonacin. *de Sacram. diſput. 5. quæſt. 5. ſect.* 2. Iul. Lauor. *de Iubilæo p. 1. c.* 14. Molieſ. *in ſumma Theologiæ moral. tract. 7. cap. 9. cum ſeqq.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moralibus tract.* 7. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept. 2. lib.* 3. Paul. Layman *in Theologia morali lib. 5. tract. 6. capitul.* 5. Alphonſ. de Leon. *de officio, & poteſtate Confeſſoris*, Frias *in tract. de modo & forma audiendi Confeſſiones*. Petr. de Ochagauia *de Sacrament. tract. 2. de Confeſſ.* Hurtado *de Sacrament. tract. de Pœnit. diſput. 7. de Confeſſ.* Cardin. Bellarm. *tom. 2. controu. lib. de Pœnitent.* Valent *tom. 4. diſput. 7. q. 9. puncto* 1. Becan. *de Sacrament. in ſpecie cap.* 36. Tanner. *tom. 4. diſput. 6. de Pœnit. q.* 7. Ioan. de la Cruz *in direct. Conſcient. tract. de Sacrament. Pœnitent. quæſt.* 3. Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnitent. lib. 4. de Confeſſione.*

*α Integram peccatorum Confeſſionem.*] De integritate Confeſſionis Sacramentalis Hurtado *d. tract. de Pœnit. diſput. 9. & infrà can. 7 de Pœnit.*

*β E terris aſcenſurus ad cœlos*, &c.] Ergo dum vixit Chriſtus Dominus, hanc poteſtatem alijs delegare nec decuit, nec expediebat, vt per Suar. *par. 3. tom. 4. diſputat. 17. ſect.* 2. Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. cap. 10. num. 19. &* 20.

*γ Si in genere dumtaxat, & non potiùs in ſpecie*, &c.] Scien- 2.
tiam in ſpecie peccatorum Confeſſarijs neceſſariam nō ſolum ad ſententiam ferendam, ſed ad ſcrutandam pœnitentis conſcientiam, & vulnera animæ medenda, per hunc text. tradit Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 4. cap. 6. nu. 4. & lib. 14. cap. 11. num.* 3. vbi *num.* 4. ſubdit quòd ſi pœnitens morbi grauitate præuentus non poſſit peccata in ſpecie pronunciare, ſi contritionis ſigna dedit, abſoluendus eſt, ſaltim ſub conditione, ſi talis explicatio eſt materia ſufficiens Sacramenti; quia Deus non requirit à nobis aliam Confeſſionem, quàm quæ nobis poſſibilis eſt, Hurtado *d. tract. de Pœnitent. diſput. 9. diffic.* 5. vbi ait non ſufficere pœnitentem ſi dicat ſe ſæpius peccaſſe mort. ſed ei neceſſarium eſſe omnia & ſingula peccata mortalia confiteri, *& diffic.* 9. Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnitent. libro 4. quæſtione* 62. vbi dicit idem de illo, qui ſolùm habet peccata venialia, vt teneatur explicare illorum ſpeciem. idem Barthol. à S. Fauſto *dicto libro 4. diſputatione* 201. reſoluit pœnitentem, qui non poteſt aliter ſua peccata confiteri, quàm per ſigna contritionis, poſſe ſacramentaliter abſolui, ſi

dicat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicat ſe certò commiſiſſe vnũ peccatũ mortale, non recordari tamen cuius ſpecie fuerit illud, prout etiam ait poſſe ſacramentaliter abſolui eum, qui aliquod peccatum eſt confeſſus Confeſſario præſenti, & ex aliquo accidenti loquelam amiſit, necnon illum, qui nullum peccatum in particulari potuit confiteri, ſed ſolùm ſigna generalia doloris oſtendit, ſacramentaliter etiam abſoluere poſſe, ſub conditione, vel mente concepta, aut expreſſa, ſi poſſum, & capax es, ego te abſoluo, & *quæſtione* 202. poſt multos à ſe relatos, tenet quòd quando moribundus ante aduentum Sacerdotis oſtendit ſigna pœnitentiæ, & Confeſſionem petijt, accedens autem Sacerdos illum ita inuenit ſenſibus deſtitutum, vt ipſo præſente nullum ſignum doloris, aut pœnitentiæ exhibere poſſit, adſtantes tamen fatentur ipſum dediſſe ſigna contritionis, aut Confeſſionem petijſſe, hunc poſſe à præſente Sacerdote ſacramentaliter abſolui. Verùm ſi pœnitens nullum peccatum confiteatur, nec petijt Confeſſarium, nec ſigna, vel nutus contritionis exhibuit, & ſit vir bonus, & deuotus ad Sacramenta, poterit ſub conditione abſolui in hunc modum, *Si tu es capax abſolutionis, ego te abſoluo à peccatis tuis*. Ita Viuald. *in ſuo candel. aureo verb. abſolutio numero* 23. Anton. de Litteratis *in ſumm. part.*1. *cap.*35. *num.*7. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. part.*1. *tract.*7. *quæſtione* 48. Molfeſ. *in ſumma Theolog. moral. tomo* 1. *tract.*7. *cap.*5. *numero* 48. Carol. de Baucio *in ſua praxi Confeſſar. pag.* 211. Anton. Diana *moral. reſol. part.*3. *tractat.*3. *reſol.*8. quos refert & ſequitur Barthol. de S. Fauſto *dict. lib.*4.*q.*204.

3. δ *Omnia peccata mortalia*, &c.] Peccata omnia mort. poſt Baptiſmum commiſſa neceſſariò explicanda eſſe in Confeſſione, docent S. Thom. *in* 4. *diſtinct.*47. *quæſtione* 3. *artic.*4. Soar. *tom.*4. *de pœnitent. diſputat.*22. *ſect.* 1. *numero* 6. Valent. *tomo* 4. *diſputat.*7. *quæſtione* 11. *puncto* 1. *col.*4. Henriq. *dict. libro* 5.*c.*5.§.8. Pitigian. *part.* 2. *diſtinct.*17. *quæſtione vnic. artic.*6. *concl.*1. & *artic.*11. *concl.*1. Ægid. de ConincK *dict. tomo* 2. *diſputat.*7. *dub.*1. *concl.*1. Fernandez *dict. cap.*6. §.6. *numero* 2. Valer. Reginald. *dict. libro* 6. *numero* 91. & 99. Bonacina *dict. quæſtione* 5. *ſect.*2. *puncto* 4. *numero* 1. Fagundez *dict. præcept.*2. *libro* 1. *in proœm.* Confeſſio enim ad hoc vt valeat, fieri debet de omnibus peccatis actis poſt Baptiſmum, vel ab vltima valida Confeſſione, Torreblanca *de iure ſpirit. libro* 14. *cap.*6. *numero* 28. vbi *numero* 38. *cum ſeqq.* ſubdit per hunc text. numerum peccatorum non minus neceſſarium eſſe diſtinctè in Confeſſione explicare non modò quæ prodeunt ad actum exteriorem, ſed quæ mere accidunt in voluntate, etiamſi peccata ſint dubia, quia neceſſarium eſt ea confiteri cum ſua qualitate. Hurtado *dict. tractat. de Pœnitent. diſputat.*9. *diffic.*1. *in princip.* Et quòd extra controuerſiam ſit, numerum peccatorum eſſe neceſſariò in confeſſione explicandum, firmat per hunc text. Bartholom. à S. Fauſto *tomo* 3. *tractat. de Pœnit. lib.*4. *quæſt.*172.

4. ε *Poſt diligentem ſui diſcuſſionem*, &c.] Pœnitentem circa peccata mortalia tantam inquiſitionem præmittere debere, quantam adhiberet in negotio arduo, ſeu quanta iudicio prudentis viri iudicatur ſufficiens ad omnia peccata in memoriam reuocanda, colligunt Nauarr. *in man. cap.*9. *numero*,10. Henriq. *dict. libro* 5.*cap.*5. *à princip.* Nugn. *in addit. ad* 3. *part. quæſtione* 9. *artic.*2. *dub.*1. *diffic. vnic. verſ. circa octauam concluſionem*, Peſant. etiam *in addit. ad* 3. *part. quæſtione* 10. *de integr. confeſſ. diſputat.*5. Zerol. *de pœnitent. cap.*7. *quæſtione* 35. Ægid. de ConincK *dict. diſputat.*7. *dub.*9. *num.*71. Petr. de Ledeſma *in ſumma part.*1. *de Sacrament.* vbi de pœnit. *cap.*16. *concl.*6. Valer. Reginald. *dict. lib.*6. *numero* 9. & 10. Bonacina *dict. diſputat.*5. *quæſtione* 5. *ſect.*2. *puncto* 2. §.1. *numero* 2. Lauor. *dict. cap.*14. *num.*16. *cum ſeqq.* Fernandez *dict. part.*3. *cap.* 6. §.6. *numero* 23. latè Hurtado *dict. tract. de Pœnitent. diſputat.*9. *diffic.*8. vbi dicit quòd præſupponendum eſt prudens, ſeu cordatum & diligens examen, & quòd ſufficit quòd ſit mediocriter diligens, quale fieri ſolet à viris prudentibus, & mediocriter timoratis. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*4. *quæſt.*175.

5. ζ *Nam venialia*, &c.] Peccata venialia poſſunt à pœnitente omitti, nec qui ea tantùm habet, obligatur per ſe ex præcepto Eccleſiæ confiteri. Ita Victor. *de Sacrament. numero* 158. Viuald. *in candel. aureo*, vbi de Confeſſ. *numero* 51. Soar. *tom.*4. *de pœnitent. diſput.*36. *ſect.*2. *numero* 6. Nauarr. *in cap. fratres, de pœnit. diſtinct.*5. *numero* 62. Henriq. *dict. libro* 4. *cap.*4. §.1. *littera* B. Azor. *inſtitut. moral. part.*1. *lib.*7. *cap.*39. *quæſtione* 3. Fernandez *part.*2. *cap.*8. §.3. *numero* 4. & *part.*3. *cap.*6. §.6. *numero* 14. Luc. Pinel. *tract.*2. *de confeſſ. cap.*7. *dub.*2. & *cap.*8. *poſt princip.* Ægid. de ConincK *dict. tomo* 2. *diſputat.*5 *à numero* 51. Valer. Reginald. *dict. libro* 6. *numero* 44. & 92. Gutier. *canon. libro* 1. *cap.*6. *numero* 7. Ludouic. Beia *reſponſ. caſuum conſcient. part.*3. *caſu* 37. Filliuc. *in quæſtione moral. tomo* 1 *tract.*7. *numero* 105. Fagundez *dict. præcept.* 2. *cap.*1. *numero* 4. & *cap.*2. *numero* 8. Ego ipſe *in collect. ad cap. omnis vtriuſque ſexus, numero* 4. *de pœnitent. & remiſſ.* Paul. Layman *dict. libro* 5. *tract.*6. *cap.*5. *numero* 12. Ioan. de Lugo *de Sacrament. in tract. de Pœnitent. diſputat.* 15. *ſect.*4. *numero* 49. Bartholom. à S. Fauſto *tomo* 3. *tract. de Pœnit. lib.*4 *quæſt.*61.

η *Quæ memoriæ occurrunt peccata.*] Vide Nauar. *in man. cap.*21. *numero* 35. Henriq. *dict. lib.*5. *cap.*3. §.4. Lauor. *dict. part.*1. *cap.*14. *à numero* 15 eundem Nauarr. *in cap. fratres, de pœnitent. diſtinct.*5. *numero* 70. vbi aduertit nullum fuiſſe in Iure textum ante Concil. Trident. qui expreſſè de hac ad memoriam peccata reducendi diligentia loquatur, & *numero* 83. declarat quid faciendum, quando confitens ait ſe non, vt debebat, ad memoriam ſua reduxiſſe peccata, quia lubricam ac debilem habet memoriam teneri, ea ſcribere vt ſuo tempore confiteatur, ſi id poſſit facere abſque probabili periculo, exiſtimauit Bonacina *de Sacrament. diſputat* 5. *quæſtione* 5. *ſect.* 2. *puncto vlt. numero* 6. ſed id non admittunt Henriq. *libro* 4. *cap.*4. *numero* 8. Suar. *tomo* 4. *de Pœnit. diſputat.*36. *ſect.*5. *numero* 6. Valent. *tomo* 4. *diſputat.*7. *quæſtione* 9. *puncto* 4. Ægid. de ConincK *tom.* 2. *diſputat.*7. *dub.*9. *numero* 71. Bartholom. à S. Fauſto *dict. libro* 4. *quæſt.*176. 6.

θ *Colligitur præterea etiam eas circumſtantias*, &c.] Vide Nauarr. *in man. cap.*6. *numero* 3. & *in cap. conſideret, de pœnitent. diſtinct.*2. *numero* 10. *cum ſeqq.* Henriq. *dict. libro* 5. *cap.*6. *cum ſeqq.* Peſant. *in addit. ad* 3. *part. quæſtione* 10. §. *de integritate confeſſionis diſputat.*3. Nugn. etiam *in addit. ad* 3. *part. quæſtione* 9. *artic.*2. *dub.*2. Luc. Pinel. *de Sacramento Pœnitent. tract.*2. *de confeſſ. cap.*3. *cum ſeqq.* Zerol. *de pœnitent. cap.*12. Sayr. *in claui Regia lib.*2. *cap.*3. Fernandez *dict. part.*3. *cap.*6. §.6. *numero* 5. *cum ſeqq.* Petr. de Ledeſma *dict. tract. de Sacramento Pœnitentiæ*, *cap.*18. Valent. *tomo* 4. *diſputat.*7. *quæſtione* 11 *puncto* 1. Valer. Reginald. *dict. libro* 6. *numero* 110. *cum ſeqq.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. tomo* 2. *diſputat.*7. *numero* 8. *cum ſeqq.* Bonacina *dict. quæſtione* 5. *ſect.*2. *puncto* 2. §.3. *difficultat.*3. Ioan. de Lugo *de Sacrament. in tract. de Pœnitent. diſputat.* 16. *ſect.*3. *numero* 104. *cum ſeqq.* Torreblanca *de iure ſpirit. libro* 14. *cap.*6. *num.*30. *cum ſeqq.* Hurtado *dict. tract. de Pœnit. diſputat.*9. *diffic.*2. *cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis, tract.*7. *cap.*12. *numero* 58. *cum ſeqq.* Iul. Lauor. *de Iubilæo part.*1. *cap.*14. *à numero* 47. Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. circumſtantia*, Bartholom. à S. Fauſto *tomo* 3. *tract. de Pœnitent. libro* 4. *quæſtione* 76. *cum ſeqq.* Tamburin. *de iure Abbatum tomo* 3. *diſputat.*3. *quæſtione* 6. *numero* 15. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. part.* 1. *tract.*5. *cap.*12. *quæſtione* 74. *cum ſeqq.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.*2. *libro* 4. *cap.*1. *cum ſeqq.* Paul. Layman *dicto libro* 5. *tract.*6. *cap.*5. *numero* 12. 7.

ι *Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt*, &c.] Vide Bartholom. à S. Fauſto *libro* 2. *de ſacris Indulg. in communi quæſtione* 100. vbi dicit docere textum in præſenti peccata oblita bona fide in Confeſſione remitti per abſolutionem, quæ eſt tantæ virtutis quod etiam extenditur ad oblita.

κ *Cæterùm quoad modum confiteri ſecretò*, &c.] Non eſſe contra inſtitutionem, aut valorem Sacramenti quod Confeſſio publicè fiat, tenent per hunc text. Vaſq. *q.*91. *art.*4. *dub.*1. Suar. *diſp.*21. *ſect.*2. Ioan. de Lugo *d. tract. de Pœnit. diſp.*15. *ſect.*5. *nu.*65. & 73. quia non eſt de neceſſitate huius Sacramenti auricularis, id eſt, ſecreta Confeſſio, 8.

Ve-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vega lib. 3 in Trident. cap. 28. Fileſac. de Confeſſione auricu-lari §. 2 Petr. Sot. de Confeſſ. lect. 2. Torreblanca de iure ſpirit. lib. 14. capit. 4. num. 25. Hurtado d. diſput. 8. diff. 1. & 2.

γ *Quod iure diuino neceſſarium,&c.* ] Præceptum annuæ confeſſionis non eſſe purè humanum, ſed includere, aut ſupponere præceptum diuinum Confeſſionis quoad ſubſtantiam, quo præcipitur Confeſſio vagè quoad tempus extra articulum mortis, & ſuperaddere modificationem quoad tempus, quam Chriſtus prætermittit, tenent Vaſq. de Pœnit. quæſt. 90. art. 1. dua. 4. Hurtado d. tra. de Pœnitentia diſput. 7. diffic. 5. verſ. Sotus verò. at diffic. 5. quærit, vtrùm Pontifex diſpenſare poſſit in præcepto Confeſſionis?

9. μ *Saltem ſemel in anno,&c.* ] Vide cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnitent. & remiſſ. vbi latè ſcripſi à num. 5. Henriq. d. lib. 4. cap. 3. §. 2. littera I. & cap. 4. §. 7. Vazq. in 2. 2. D. Thom. q. 90. art. 3. dub. 1. num. 5. & 15. Aegid. de ConincK d. diſput. 5. à num. 44. Luc. Pinel. d. tract. de Confeſſione cap. 7. Molfeſ. d. tract. 7. cap. 10. num. 23. latè Fernandez in examine Theologiæ moralis part. 2. cap. 8. §. 3. Fagundez in quinque Eccleſiæ præcepta, præc. 2. cap. 1. Barthol. à S. Fauſto d. lib. 4. quæſtio. 29. Trullench in præcepta decalog. lib. 3. capit. 4. de præcepto annuæ Confeſſionis per tot. & præcipuè dub. 2. à numero 5.

10. Satisfeciſſe videri præcepto Eccleſiæ contento in d. cap. omnis vtriuſque ſexus, qui ſemel in vno Paſchatis tempore peccata fuerit confeſſus Pœnitentiario deputato in vim decreti Concil. Tridentin. ſeſſ. 14. cap. 5. refert deciſum Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. de confitendo ſemel in anno.

11. Epiſcopum poſſe aduerſùs eos, qui temporibus ab Eccleſia ſtatutis confiteri, & Euchariſtiam ſumere neglexerint, vſque ad excommunicationem procedere, etſi text. d. cap. omnis vtriuſque ſexus, vellet ab Eccleſia arcendos, refert deciſum idem Armendar. d. loco num. 3. vbi addit, Epiſcopum talibus pro ſatisfactione pœnas pecuniarias pio loco applicandas imponere poſſe, cùm hæc aliquando magis timeantur; non expedire tamen vt Epiſcopus ſibi reſeruet abſolutionem eorum, qui temporibus conſtitutis negligunt confiteri, & communicare.

12. De hæreſi tamen ſuſpectos credunt omittentes Confeſſionem, & ſacrum Communionem ſemel in anno, cùm ſit ſignum malæ credentiæ, Penia in direct. Inquiſit. part. 3. commento 24. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 6. num. 27. Zerol. in praxi Epiſcop. p. 1. verb. caſus, verſ. confeſſionem. Ludouic. Beia in reſponſ. caſuum conſcient. part. 4. caſu 4. quos refero in collect. ad d. cap. omnis vtriuſque ſexus, numero 11.

13. Huic præcepto annuæ Confeſſionis non ſatisfaciunt qui fictam, vel informem, aut ſine propoſito emendæ Confeſſionem fecerunt. Ita Sot. in 4. diſt. 18. quæſt. 3. art. 3. concl. 2. 3. & 4. Nauar. in man. cap. 10. nu. 4. Soar. d. diſp. 36. ſect. 7. num. 1. & Fernandez d. p. 2. c. 8. §. 3. num. 12. vbi refert aliquos contrarium tenentes. Barthol. à S. Fauſto d. tract. de Pœnit. lib. 4. q. 53. cum ſeqq. ſimiliter tenent Medina Cod. de pœnitentia q. de Confeſſ. Megala inſtit. Sacerd. p. 1. lib. 4. c. 5. & Vaſq. tom. 4. q. 92. art. 3. dub. 5. hoc præceptum annuæ Confeſſionis non adimpleri per Confeſſionem validam ſed informem. Sed cæteri communi conſenſu tenent adimpleri, ex quorum numero ſunt S. Thom. Sot. Caier. Canus, Palud. Couar. Martin. de Ledeſma, Petr. de Ledeſma, & alij, quos refert & ſequitur Barthol. à S. Fauſto d. tract. de Pœnit. lib. 4. de Confeſſ. q. 56. Valent. tom. 4. diſp. 7. q. 11 puncto 2. & 3. Ioan. de la Cruz in direct. Conſcient. p. 2. de Sacrament. Pœnit. q. 3. Nugn. in addit. ad 3 p. tom. 2. q. 9. art. 1. Petr. Fay etiam in addit. ad 3 p. q. 9. art. 1. d. 1. Suar. tom 4. diſp. 36. ſect. 7. num. 6. Peſant. 3. p. q. 10. de dolore d. 3. Zerol. in praxi de pœnit. c. 13. q. 35. Simplici Mutin. in ſua Theolog. morali de Sacramento pœnitent. q. 30.

14. ν *In anno.* ] Intra annum ſcilicet, computandum à Quadrageſima in Quadrageſimam, aut à Paſchate in Paſcha, ſumptis Quadrageſima & Paſchate pro quindecim diebus à Dominica Palmarum, vſque ad Dominicam in Albis, reſoluunt Soar. tom. 4. de pœnit. diſput. 36. ſect. 3. nu. 3. Luc. Pinel. d. cap. 7. dub. 1. Azor. d. p. 1. lib. 7. cap. 36. q. 6. Valer. Reginald. d. lib. 6. num. 36. Aegid. de ConincK d. tom. 2. diſput. 5. num. 56. Fernandez d. p. 2. cap. 8. §. 3. num. 6. Trullench in præcepta Decalogi lib. 3. cap. 4. dub. 2. num. 6. Barthol. à S. Fauſto d. tract. de pœnit. lib. 4. de Confeſſ. q. 39. Filliuc. tract. 7. cap. 3. Layman tract. 6. cap. 5. Quamuis annum pro impletione dicti præcepti computandum eſſe à Ianuario in Ianuarium, crediderunt Vaſq. de pœnit. q. 90. art. 2. du. 1. Ochagauia tract. 2. quæſt. 9. Hurtado d. diſp. 7. diffic. 10. vbi diffic. 12. diſputat, Vtrùm qui in toto anno non confitetur teneatur in principio ſequentis confiteri abſque dilatione.

Et ſic iam videtur receptius dictum præceptum non obligare pro certa anni parte, ſed ſatisfieri illi quauis Confeſſione facta per annum, ex Victor. in ſumma num. 137. Vazq. d. q. 90. art. 3. dub. 1. num. 5. & 15. Sot. in 4. diſt. 18. q. 1. art. 4. Emman. Sa in aphoriſm. verb. confeſſio num. 4. Viuald. in candel. aureo. vbi de Confeſſione num. 16. Ioan. de Lugo d. tractat. de pœnit. diſput. 15. ſect. 7. num. 157. Antonin. Diana moral. reſolut. tom. 1. tract. 3. miſcel. reſol. 54. & tom. 2. tract. 4. reſol. 81. Trullench in Decal. lib. 3. c. 4. dub. 2. num. 5. Aegid. de ConincK d. diſpu. 5. num. 57. cum ſeqq. Fernandez d. p. 2. cap. 8. §. 3. num. 6. vbi probat, quia in d. cap. omnis vtriuſque ſexus, traduntur duo præcepta, vnum de Confeſſione, alterum de Euchariſtia; pro Euchariſtia aſſignatur determinatum tempus Paſchatis, pro Confeſſione verò minimè, ſed ſimpliciter dicitur, ſaltem ſemel in anno confiteantur, niſi quòd Conc. in hoc cap. approbat & amplectitur morem illum pium, & ſalutarem vniuerſalis Eccleſiæ confitendi ſacro illo, & maximè acceptabili tempore Quadrageſimæ. 15.

Illum, qui per totum annum peccata ſua confeſſus nõ eſt, teneri ſtatim in ſequenti anno, hoc eſt, cùm primùm potuerit, ſub noua culpa confiteri, reſoluunt Sot. d. art. 4. verſ. grauior tamen, Nauarr. in man. capit. 21. num. 45. Henriq. d. libro 4. capit. 3. §. 2. littera P. & capit. 4. §. 6. Soar. d. tom. 4. diſputat. 36. ſect. 4. à princip. Viuald. d. tit. de Confeſſ. num. 17. Fernandez d. part. 2. cap. 8. §. 3. num. 7. Fagundez d. præc. 2. lib. 1. cap. 4. num. 14. Trullench in Decalog. lib. 3. cap. 4. dub. 2. num. 7. 16.

Si quis præuidet quòd tranſacta illa occaſione non poterit in toto anno confiteri ex penuria Confeſſarij, teneri ex vi huius præcepti Eccleſiaſtici ſtatim confiteri, reſoluunt Nauar. d. cap. 21. num. 35. Henriq. d. cap. 4. §. 7. littera N. Soar. d. diſput. 36. ſect. 5. num. 2. Fernandez d. §. 3. num. 8. Fagundez d. cap. 4. num. 16. Trullench d. cap. 4. dub. 2. num. 9. 17.

Vtrùm Papa diſpenſare poſſit in hoc præcepto de cõfiteudo ſemel in anno propter aliquam iuſtam rationem veluti cum Eremita viuente extra humanum conſortium, vel ſimilem? Affirmant ex eo quòd præceptum hoc quoad temporis determinationem eſt Eccleſiaſticum, & poſitiuum; Sot. in 4. diſt. 18. q. 1. art. 5. & alij, quos refert & ſequitur Soar. d. tom. 4. diſp. 36. ſect. 1. num. 5. pariter reſoluentes Papam diſpenſare non poſſe in præcepto diuino de confitendo in articulo neceſſitatis Barthol. à S. Fauſto d. tract. de pœnit. lib. 4. quæſt. 31. vbi reſoluit præceptum annuæ Confeſſionis non eſſe merè Eccleſiaſticũ, ſed diuinum, modificatum ab Eccleſia, & quæſt. 38. tenet non poſſe Romanum Pont. abſolutè cum aliquo, vel cũ tota aliqua prouincia ſuper ſubſtantia huius præcepti diſpenſare, nec vt rarò confiteatur in vita, poſſe tamen iuſta de cauſa cum aliquo diſpenſare ne ad annuam Confeſſionem teneatur, vt ſi quiſpiam inter Turcas, vel in eremo extra hominum conſortium viueret. 18.

Sed an ſi quis in Confeſſione facta hoc anno aliqua peccata mortalia omiſerit per obliuionem excuſabilem, vel aliquam cauſam rationabilem, teneatur vi huius præcepti confiteri eadem peccata? vide Luc. Pinel. d. cap. 7. dub. 3. Valer. Reginald. dicto lib. 6. num. 40. Fagundez d. præc. 2. lib. 1. cap. 4. num. 17. Trullench d. c. 4. dub. 2. num. 8. 19.

ξ *Ab omnibus, & ſingulis.* ] Etiam ipſo Imperatore, & Regibus, Caſtal. de Imperatore q. 1. n. 25. & 26. Ego ipſe de officio, & poteſt. Parochi cap. 20. num. 20. Ac ipſo ſummo Pont. ex Suar. de pœnit. diſput. 36. ſect. 2. num. 5. Vaſq. q. 90. art. 1. 20.

*dub.5.num.12.* Ioann. de Lugo *d. tract. de Penit. diſp. 15. ſect. 7. num. 142. & 143.* vbi *à num. 149.* de pueris agit, Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tra. de Penitent. lib. 4. q. 14. 35. &* Fagundez *d. precepto 2. lib. 1. c. 3. num. 18.* plures, quos refero *in collect. ad d. c. omnis vtriuſque ſexus num. 2.* cum quibus eſt magis communis ſententia, ſummum Pontificem obligari de iure diuino confiteri; ad annuale verò Confeſſionis precęptum non teneri quoad vim coactiuam, ſecus verò quoad vim directiuam. Trullench. *in decalog. lib. 3. cap. 4. dub. 2. num. 13. & c. 5. dub. 2. num. 20.*

21. *o Cùm ad annos diſcretionis perueniſſent.* ] peruenire ad annos diſcretionis quando quis dicatur, vide Nauar. *d. c. 21. num. 33. & 88.* Soar. *d. tom. 4. diſp. 36. ſect. 2. num. 3.* Henriq. *d. lib. 4. c. 5. §. 2.* Valer. Reginal. *d. lib. 6. num. 50.* Paul. Comitol. *reſp. moral. lib. 1. q. 16.* Aegid. de ConincK *de Sacram. to. 2. diſput. 5. num. 50.* Fernandez *d. part. 2. cap. 8. §. 3. num. 15.* Fagundez *d. prae. 2. lib. 1. c. 2. nu. 3. in princ. & c. 3. n. 10.* Azor. *d. p. 1. lib. 7. c. 40. quaſ. 6.* Ioan. de Lugo *d. diſp. 15. ſect. 7. n. 152.* Vaſq. *tom. 4. quaeſt. 50. artic. 2. dub. 4.* Barthol. à S. Fauſto *d. tract. de Penitent. lib. 4. quaeſt. 37.* vbi ad completum ſeptennium id extendit. Trullench. *in Decalog. lib. 3. cap. 4. dub. 2. num. 11. & 12.*

---

## *De Miniſtro Sacramenti Pœnitentiæ, & abſolutione.*

## CAPVT VI.

1 *Miniſter Sacramenti Pęnitentię ſolus Sacerdos.*

2 *Abſolutio ſacramentalis eſt ad inſtar actus iudicialis.*

*a Infrà can. 10.*
*b Matth. 16. & 18.*
*c Ioan. 20.*
*d Suprà ſeſſ. 7. de Sacrament. c. 10.*
*e Cap. ſecundum Eccleſiæ 19. diſt. & cap. non nocet. 1. q. 1.*
*f Infrà canon 9.*

CIrca miniſtrum autem huius Sacramenti, *a declarat ſancta Synodus,* falſas eſſe, & à veritate Euangelij penitus alienas doctrinas [a] omnes, quæ ad alios quoſuis homines, præter Epiſcopos, & Sacerdotes Clauium miniſterium perniciosè extendunt, putantes verba illa Domini: [b] Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt alligata & in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo: [c] & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, ad omnes Chriſti fideles indifferenter, & promiſcue, [d] contra inſtitutionem huius Sacramenti, ita fuiſſe dicta, vt quiuis poteſtatem habeat remittendi peccata publica quidem per correptionem, ſi correptus acquieuerit, ſecreta verò per ſpontaneam Confeſſionem, cuicunque factam. Docet quoque, etiam Sacerdotes qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus ſancti, in ordinatione collatam tanquam Chriſti miniſtros, functionem remittendi peccata exercere, eòſque prauè ſentire, qui in malis Sacerdotibus hanc poteſtatem non eſſe contendunt. [e] Quamuis autem Abſolutio Sacerdotis alieni beneficij ſit diſpenſatio, tamen non eſt ſolum nudum miniſterium, vel annunciandi Euangelium, vel declarandi remiſſa eſſe peccata, *β ſed ad inſtar actus iudicialis,* quo ab ipſo, velut à iudice, ſententia pronuntiatur. Atque ideò debet pęnitens adeò ſibi de ſua ipſius fide blandiri, vt, etiam [f] ſi nulla illi adſit contritio, aut Sacerdoti animus ſeriò agendi, & verè abſoluendi deſit, putet tamen ſe propter ſuam ſolam fidem, verè, & coram Deo eſſe abſolutum, nec enim fides ſine Pęnitentia remiſſionem vllam peccatorum præſtaret, nec is eſſet, niſi ſalutis ſuæ negligentiſſimus, qui Sacerdotem iocosè abſoluentem cognoſceret, & non alium ſeriò agentem, ſedulò requireret.

1. VIde S. Thom. *3. p. quaeſt. 84. art. 3.* Sot. *in 4. diſt. 18. quaeſt. 4. art. 1. & diſt. 20. quaeſt. 1. art. 3. concl. 4.* Pyg. *de Eccleſiaſt. hierarchia, lib. 2. cap. 3.* Maldonat. *to. 2. de pœnitent. p. 3. quaeſt. 3.* Petr. Sot. *lect. 3. de Sacrament. Ordinis,* Onuphr. *de ſigillo Confeſſ. ſect. 3. quaeſt. vnica, dub. 5. verſ. prima concluſio.* Soar. *to. 4. de pœnitent. diſp. 16. cum ſeqq.* Vaſq. *tom. 4. quaeſt. 84. art. 3. dub. 1. & quaeſt. 93. art. 1. dub. 1.* Marcel. Megal. *p. 1. inſtit. confeſſ. lib. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 1. cap. 1.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom. 2. quaeſt. 8.* Bonacin. *eod. tract. de Sacram. diſp. 5. quaeſt. 7. puncto 1. à num. 1.* Fernandez *in examine Theolog. moral. p. 3. cap. 6. §...* Vincet. Filliuc. *in qu. moralibus tract. 7. cap. 7. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moral. tract. 7. cap. 14. de miniſtro Sacramenti Pœnitentiæ,* Fagundez *in quinque Eccleſiæ precepta, prae. 2. lib. 7. de miniſtro Confeſſionis.* Paul. Laymann *in Theologia morali, lib. 5. de Sacram. tra. 6. c. 10.* Ioan. de Lugo *de Sacram. in tract. de Penit. diſp. 18. ſect. 1. n. 1. cum ſeqq.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 14. c. 1. n. 26. & n. 30.* Hurtado *de Sacram. tra. de Penit. diſp. 10. de Miniſtro Sacram. penit.* An liceat laico confiteri tempore neceſſitatis? Vide latè declarantem Magdalen. de numero teſtium in teſtamento requiſito *p. 1. c. 10. num. 61. cum multis ſeqq. pag. 109.* Ioan. de Lugo *d. tract. de Pœnit. diſp. 18. ſect. 1. num. 4.* Hurtado *d. diſp. 10. diffic. 1.*

*a Declarat ſancta Synodus, &c.* ] Ad alios præter Epiſcopos & Sacerdotes Clauium poteſtatem non extendi dicit Torreblanca *d. lib. 14. c. 1. num. 30.*

*β Sed ad inſtar actus iudicialis.* ] Abſolutionem eſſe ad inſtar actus iudicialis, quo à Sacerdote, veluti à iudice ſententia pronuntiatur, per hunc text. dicit Bonacin. *d. diſp. 5. q. 4. puncto 6. num. 1. in fine.* 2

---

## *De caſuum reſeruatione.*

## CAPVT VII.

1 *Doctores referuntur de caſibus reſeruatis agentes.*

2 *Clemens VIII. cunctis Regularibus certos caſus reſeruatos taxauit.*

3 *Papa poteſt ſibi reſeruare caſus reſpectu omniũ.*

4 *Caſus quot Pontifices ſibi reſeruarunt.*

5 *Cenſuras plures in Bulla Cœnæ, & extra illam Pontifices reſeruarunt.*

6 *Epiſcopus poteſt ſibi reſeruare caſus.*

7 *Epiſcopi quæ peccata reſeruare ſoleant, & poſſint.*

8 *Epiſcopus ſucceſſor illius, qui caſus ſibi reſeruauit, poteſt ab eis abſoluere.*

9 *Eccleſia poteſt reſeruare non ſolùm peccata, quæ habent excommunicationem, vel cenſuram annexam, ſed etiam alia peccata grauia.*

10 *Reſeruatio nulla fit in articulo mortis.*

11 *In mortis articulo conſtituti qui dicantur.*

12 *Sacerdotes ſimplices poſſunt abſoluere conſtitutos in articulo mortis, etiam quando adeſt proprius parochus.*

13 Sacer-

13 *Sacerdos etiam irregularis ſuſpenſus, excommunicatus, &c. poteſt abſoluere in articulo mortis.*

14 *Abſolui poſſunt à quocunque Sacerdote ſimplici conſtituti in articulo mortis, etiamſi ſint excommunicati, & denuntiati ob hæreſim, vel ob aliud quodcunque delictum.*

15 *Sacerdos, qui excommunicatione maiori innodatus conſtitutum in mortis articulo abſoluerit, nullam incurrit irregularitatem.*

26 *Abſolutio data à ſimplici Sacerdote in mortis articulo eſt vera abſolutio.*

17 *Sacerdos nullus extra mortis articulum poteſt abſoluere à caſibus per Superiorem reſeruatis.*

18 *Pænitentiarius ex ſe non poteſt abſoluere à caſibus Epiſcopalibus.*

19 *Vicarius Epiſcopi vigore generalis mandati nõ poteſt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis.*

20 *Regulares etiam per priuilegium, quod Mare magnum vocatur, non habent facultatem abſoluendi pœnitentes à caſibus Epiſcopo reſeruatis.*

21 *Patres Ieſuitæ, & alij Confeſſarij vigore priuilegiorum Roſarij non poſſunt abſoluere pœnitentes à caſibus Epiſcopo reſeruatis.*

22 *Regulares non poſſunt vigore Bullæ Cruciatæ Confeſſarios ſibi eligere, & ab eis abſolui à caſibus reſeruatis.*

23 *Regulares prætextu cuiuſcunq; priuilegij habiti, vel habendi, nõ poſſunt quemquã abſoluere à caſibus in Bulla Cœnæ Domini, aut Ordinario loci reſeruatis.*

24 *Regulares habentes facultatem abſoluendi etiam à caſibus reſeruatis poſſunt abſoluere aduenientes in alia à caſibus reſeruatis in diœceſi pęnitentium.*

25 *Conceſſa facultas abſoluendi à caſibus Sedi Apoſt. reſeruatis, non comprehendit caſus, quos Epiſcopus, & Pręlatus Religioſus cum ſuis ſubditis Regularibus reſeruauit.*

26 *Abſoluere Epiſcopum & cum ipſo diſpenſare poterit ab eodem Epiſcopo Confeſſor electus de omni peccati vinculo, de quo poteſt abſoluere, vel diſpenſare ipſe Epiſcopus.*

27 *Pęnitens habens peccata reſeruata Epiſcopo poterit abſolui à non reſeruatis reſeruata abſolutione à reſeruatis cùm Superiori copiam ſui fecerit.*

28 *Pęnitens cum recurrit ad Epiſcopum in caſibus reſeruatis quomodo cum illo ſe gerere debet ipſe Epiſcopus, oſtenditur.*

QVoniam igitur natura, & ratio iudicij illud expoſcit, vt ſententia in ſubditos duntaxat feratur,[a] perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, & veriſſimum eſſe Synodus hæc confirmat, nullius momenti Abſolutionem eam eſſe debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut ſubdelegatam non habet iuriſdictionem. Magnopere verò ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere, ſanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, vt atrociora quædam & grauiora crimina non à quibuſvis, ſed à ſummis duntaxat Sacerdotibus, abſoluerentur,[b] *α vnde merito Pontifices Max.* pro ſuprema poteſtate, ſibi in Eccleſia vniuerſa tradita, cauſas aliquas criminum grauiores ſuo potuerunt peculiari iudicio reſeruare. Neque dubitandum eſt, quando omnia, quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, quin *β hoc idem*[c] *Epiſcopis omnibus* in ſua cuique diœceſi, in ædificationem tamen, non in deſtructionem, liceat, *γ pro illis in ſubditos* tradita ſupra reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate, *δ pręſertim quoad illa, quibus excommunicationis* cenſura annexa eſt. Hanc autem delictorum reſeruationem conſonum eſt diuinæ auctoritati, non tantùm in externa politia, ſed etiam coram Deo vim habere. Verumtamen piè admodum, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit[d], *ε vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis:* atque *ζ ideò omnes Sacerdotes η quoſlibet pęnitentes* à quibuſuis peccatis, & cenſuris *θ abſoluere poſſunt: ι extra quem articulum* Sacerdotes cum nihil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitentibus perſuadere nitantur, vt ad Superiores, & legitimos iudices pro beneficio Abſolutionis accedant.

[a] Cap. ſi Epiſcopus. de pœn. in 6. [b] Cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. c. ita quorundam. de iudic. cap. conqueſt. de ſent. ex. cap. quicunque eod. tit. in 6. & c. 2. eo tit. in cle. c. & ſi dominiũ de pœn. in extrauag. commu. cum ſi Rom 13. [c] Vide ſeſſ. 24. c. 22. poſt matrimoniũ [d] Cap. felicis. de pœn. in 6. c. paſtoralis. de off. ord. c. cupiẽtes. de pœn. in cle. c. inter cũctas. §. duos de priuil. in extrauag. com. Cæleſt. Epiſ. 2. cap. 2. & 4. Carthag. c. 76. & 11. Tolet. c. 12.

1. VIde Petr. Sot. *de miniſtro confeſſion. lect. 5. verſ. his etiam*, Gregor. de Valentia *tom. 4. diſput. 7. q. 10. puncto 2. ad fin.* Soar. *tom. 4. de Pęnitent. diſp. 29 ſect. 1.* Henriquez *in ſumm. lib. 3. cap. 14. & lib. 6. cap. 9. §. 3.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 1. q. 20. art. 1. & in ſumm. p. 1. c. 55.* Vaſquez *tom. 4. q. 91. art. 3. & quæſt. 92.* Marcel. Megal. *p. 1. inſtit. confeſſar. c. 11. cum ſeqq.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 1. num. 25. & num. 123. cum ſeqq.* Ægid. de ConincK *de Sacram. & cenſur. tomo. 2. diſp. 8. à num. 75.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. lib. 1. append. c. 7.* Tolet. *in ſumm. lib. 3. cap. 14.* Medina *tract. 2. de Confeſſ. q. 12.* Comitol. *reſp. moral. lib. 1. q. 29.* Tanner. *tom. 4. diſp. 6. q. 9. dub. 8.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. in tract. de Pęnit. lib. 8. de caſibus reſeru.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 1.* Zerol. *in ſimili praxi, verb. caſus reſeruati, & in praxi pęnit. c. 13.* Galet *in margarita caſuum conſcient. verb. caſus reſeruatus*, Lauor. *de Indulgent. p. 2. cap. 28.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 63.* Ioann. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verb. pœnitentia, differ. 9.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſiaſt. p. 1. tract. 5. cap. 4. q. 27.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis p. 3. cap. 6. §. 6. num. 24. cum ſeqq.* Sanchez *in pręcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 8.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis, tract. 7. c. 17. cum ſeqq.* Filliuc. *in quæſt. moralib. tract. 7. cap. 10.* Fagundez *in quinque Eccleſię præcepta, præcept. 2. lib. 8. cap. 1.* Paul. Layman. *in Theologia morali lib. 5. tract. 6. c. 12.* Stephan. Daluin. *de poteſt. Epiſc. et Abbatum, c. 31. cum ſeqq.* nouiſſimè Machado *en el perfeto Confeſſor y cura de almas lib. 1. p. 3. tract. 1. docum. 1. cum ſeqq.* Baſſe. *verb. caſus reſeruatus*, latè Ioan. de Lugo *de Sacram. in tract. de Pœnit. diſp. 20.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 14. c. 4. num. 10. cum ſeqq.* Hurtado *de Sacram. tract. de Pœnit. diſp. 11.* meipſum *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 50. cum duabus ſeqq.* Et de his caſibus reſeruatis integros edidere tractatus Lælius Zechius, Horat. Gambarupta, Lucas Floronus, Bartholomæus Gipſius, Petr. Bellochius, Homobon. de Bonis, & Ioan. Chapeauille.

*Barboſ. Collect. in Concil. Trid.*

2. Clemens VII. cunctis Regularibus per ſuum Breue certos caſus reſeruatos taxauit, & præſcripſit, vltra quos præcipit vt alij non reſeruentur à Prælatis ſuperioribus, niſi in Capitulo generali, aut Prouinciali de conſenſu Patrum vocalium, & matura diſcuſſione. De his caſibus Clementis VIII. ſpecialem tractatum edidit Franc. Longus à Coriolano Capuccinus: & de illis agunt Sorb. *in addit. ad compend. p. 1. verb. abſolutio ordinaria quoad Fratres*, Marcel. Megala *p. 3. inſtit. Sacerd. lib. 1. c. 12.* Molfeſ. *in ſum. Theolog. mor. tract. 7. c. 20. de caſib. reſeru. Prelatis Religioſorum.* Fagund. *in quinque Eccleſ. pręcept. pręcept. 2. lib. 8. cap. 1. cum ſeqq.* Lezana *in ſum. quæſt. Regul p. 1. c. 18. num. 20. cum ſeqq.* Stephan. Daluin *de poteſtate Epiſcopi & Abbatum, c. 33.* Machado *d. docum. 1. n. 5.* Barthol. à S. Fauſto *de Iubil. extraord. lib. 1. q. 95. cum ſeqq.* Ludouic. Beia *reſponſ. caſuum conſcient. p. 3. caſu 16.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prelat. tomo 2. quæſt. 34.* Laurent. à Portel *in tract. de his caſibus, & in dubijs regularib. verb. caſus reſeruati*, Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. caſus reſeruatus*, Hieron. Roderic. *in cõpendio q. regul. reſol. 3. num. 16.*

num.16.cum ſeqq. & reſol.22. Ioan. de Lugo d. tract. de Pœnitent. diſput.20. num.39. cum ſeqq.

3. α *Vnde meritò Pontifices Maximi,* &c.] Poſſe Pontificem ſibi reſeruare caſus reſpectu omnium, ſiue ſint Epiſcopi, ſiue alij quicunque Prælati, tenet Fernandez in examine Theologiæ moral p.3. cap.6. §.6. num.24. in med. Sebaſt. Acoſta in explicat. Bullæ Cruciatæ quæſt.42. Coriolan. de caſibus reſeruat. p.1. ſect. 1. art.1. num.7. verſ. primò. Barthol. à S. Fauſto d. lib.8. quæſt.3.

4. Quot autem caſus Pontifices ſibi reſeruauerint, adnotant gloſſ. verb. pertineant, in cap.1. de tranſlat. Epiſcopi, & verb. pertinere, in cap. ſicut vnire, de exceſſib. Prel. quæ vndecim recenſet quatuor verſibus, ex Hoſt. Gambr. de offic. & poteſt. Legati de Latere lib.2. tit. de varijs ordinar. nominibus, nu. 157. qui 27. verſibus ſexaginta complectitur, Barthol. à S. Fauſto d. lib.8. quæſt.51. multo plures refero de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.3. allegat.50. in princip.

5. Ex Bulla in Cœna Domini, & extra illam plures cenſuras ipſi Pontifici reſeruatas, collegerunt, & in catalogum reduxerunt Nauarr. in man. c.27. à num.25. Iacob. de Graff. in aureis deciſ. p.1. lib.4. cap.19. cum ſeqq. Tolet. in inſtruct. Sacerd. lib.1. à cap.19. vſque ad 24. Soar. tom.5. de cenſ. diſp.21. vſque ad 24. Sayr. in ſimili tract. lib.2. & 3. Iul. Cæſ. Rainer. in catalogo cenſurarum. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib.9. num.226. cum ſeqq. Filiuc. in quæſt. moral. tom.1. tract.14. & 15. Antonuc. in ſua catecheſi Neapolit. lib.3. c.37. cum ſeqq. Molfeſ. d. tract.7. c.18. Barthol. à S. Fauſto de Iubil. extraord. lib.4. q.98. & 99. Ego ipſe d. alleg.50. ex numer.83. & nouiſſimè Bonacin. per integrum tract. de cenſuris in Bulla & extra Bullam reſeruatis.

6. β *Hoc idem Epiſcopis omnibus,* &c.] Poſſe Epiſcopum reſeruare ſibi caſus plus minuſve, iuxta maiorem, vel minorem Confeſſariorum, quos in ſua diœceſi habet, idoneitatem, capacitatem, & eruditionem, reſoluunt Zerol. in praxi Epiſcop. p.1. verb. caſus reſeruati, Fernandez d. p.3. c.6. §.6. num.24. in med. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſ. reſol.492. Homobon. de Bonis de humanæ vitæ ſtatibus c.10. ſtatim poſt princ. & de caſibus reſeru. p.1. c.1. Molfeſ. d. tract.7. cap.17. num.19. Barthol. à S. Fauſto d. lib.8. quæſt.3. verſ. ſecundo.

7. Quæ autem peccata reſeruare ſoleant, & poſſint Epiſcopi, tradunt Fernandez d. §.6. num.25. Ego ipſe d. p.3. alleg.51. per tot. Ioan. de Lugo d. tract. de Pœnit. diſp.20. ſect.2. num.12. cum ſeqq. Hurtado d. diſput.11. diffic.4. cum ſeqq. Barthol. à S. Fauſto d. lib.8. q.7. cum ſeqq. & quæſt.49. & 50. & de Iubil. extra. lib.4. quæſt.91. In quibus reſeruandis ſeruandum eſſe modum à S. Congr. præſcriptum, dicũt, & referunt Quarant. in ſum. Bullarij, verb. caſus reſeruati, Vgolin. de officio & poteſt. Epiſcopi cap.36. Aloyſ. Ricc. in d. praxi rerum fori eccleſ. reſolut.492. Coriolan. d. ſect.1. art.5.

Ideo Epiſcopi debent reſeruare paucos caſus, eoſque maximè neceſſarios, atrociores, & grauiores; non caſus Bullæ Cœnæ, neque ſpecialiter Papæ reſeruatos; neque promiſcuè eos, quibus eſt annexa excommunicatio nemini reſeruata, niſi ob frequentiam, ſcandalum, aut neceſſariam cauſam aliquos nominatim; neque eos in quibus eſt neceſſaria reſtitutio, vel executio pro abſolutione; neque eos, qui verſantur circa res parui momenti, & qui frequenter eueniunt inter idiotas, licèt ſint mortiferi, nec in carnalibus, vbi adeſt periculum ſcandalorum, vel cadere poteſt ſuſpicio ob frequentem reditum ad Ordinarios, Sel. in ſelect. Canon. cap.18. num.2. vbi refert deciſum in S. Congreg. Epiſcop. 26. Nouembris 1602. Neque reſtitutionem incertorum ſibi reſeruent, ead. 14. Iunij 1619. Quænam peccata reſeruari poſſint, oſtendit Barthol. à S. Fauſto d. lib.8. quæſt.7. cum ſeqq. vbi dicit mortalia reſeruari poſſe, non tamen omnia, ſed grauiora, quæ iudicantur expedire ad commune Eccleſiæ bonum, & ſubditorum ædificationem.

8. γ *Pro illis in ſubditos,* &c.] Epiſcopum qui caſus ſibi reſeruauit, & eius Superiorem in officio & iuriſdictione, ac ſucceſſorem, poſſe etiam ab eis abſoluere, tenent Piaſecr. in praxi Epiſcop. p.2. c.1. nu.16. Coriolan. d. ſect.1. art.7. Sua. tom.4. diſput.30. ſect.1. num.1. Henriquez lib.6. de Pœnit. c.14. §.9. Barthol. à S. Fauſto d. tract. de Pœnitent. lib.8. quæſt.11. Ego ipſe dicta parte 3. allegatione 52. numero 1. vbi numero 2. idem dico de Capitulo Sede vacante.

δ *Præſertim quoad illa, quibus excommunicationis,* &c.] 9.
Poſſe Eccleſiam reſeruare non ſolùm peccata, quæ habent excommunicationem, vel cenſuram annexam, verùm etiam alia peccata grauia, quamuis eis nulla ſit annexa cenſura, reſoluunt Sot. tom.4. de Pœnit. diſp.29. ſect.2. num.8. & ante eum Sot. in 4. diſt.18. quæſt.2. art.5. verſ. ſecundum argum. & colligitur ex multis, quos citat Henriq. in ſumm. lib.6. cap.14. §.1. litt. D. & de facto multas eſſe Epiſcopis, & in Religionibus reſeruatas, quibus cura annexa non eſt, fatetur Nauarr. in man. cap.27. num.261. verſ.10. reprehendentes Durandum, qui ſolas cenſuras reſeruari aſſerebat.

ε *Vt nulla fiat reſeruatio in articulo mortis,* &c.] Vide Na- 10.
uarr. in princip. de pœnitent. diſt.6. & conſ.15. de pœnitent. & remiſſ. Azeued. l.5. num.5. verſ. eſt tamen verum, tit.1. lib.1. nouæ recopilat. Soar. tomo 4. de Pœnitentia, diſput.26. ſect.4. Maldonat. tomo 2. de Pœnitent. cap.7. de miniſtro confeſſionis, fol.76. verſ. nam Eccleſia, Vaſquez tomo 4. quæſt.93. art.1. dub.4. cum ſeqq. Guttierez canonic. lib.1. cap.1. num.58. Paul. Comitol. reſponſ. moral. lib.1. quæſt.21. num.1. & quæſt.22. num.2. & lib.5. quæſt.14. num.3. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib.1. à num.58. Petr. de Ledeſma in ſumm. p.1. de Sacrament. vbi de Pœnitentia, cap.14. Cened. ad Decretum collect.24. num.5. Ægid. de ConincK de Sacramentis & cenſur. tomo 2. diſp.8. num.90. cum ſeqq. Campan. in diuerſ. iuris canon. rubr.1. num.110. Sanchez in præcepta Decalogi tom.1. lib.2. cap.13. Ioann. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. pœnitentia, differ.9. Hurtado de Sacrament. tract. de Pœnit. diſput.10. diffic.7. cum ſeqq. Fernandez in examine Theologiæ moralis p.2. c.9. §.18. & p.3. c.6. §.9. à num.19. Aloyſ. Ricc. in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapol. p.4. deciſ.26. Molfeſ. in ſumm. Theologiæ moral. tract.7. cap.15. nu.74. Philiber. Marchin. de bello diuino p.3. cap.3. Coriolan. de caſibus reſeru. p.1. ſect.2. art.16. Paul. Layman. in Theologia morali lib.5. tract.6. cap.12. Machado en el perfeto Confeſſor y Cura de almas lib.1. p.1. tract.1. docum.3. num.1. latè Ioan. de Lugo de Sacram. tract. de Pœnit. diſput.18. ſect.2. nu.15. cum ſeqq. & diſput.20. ſect.10. num.200. cum ſeqq. Torreblanca de iure ſpirit. lib.14. cap.4. à num.15. & cap.10. à num.16.

In mortis articulo conſtitutos dici illos, qui etſi viuant, 11.
& viuere poſſint, propter mortem tamen, quam ſecundùm veriſimilem medicorum peritiam, aut periculum, quod ſperant, inſtantem vident, iam moriẽtes arbitrantur, tenent Sylueſt. in ſumma verb. abſolutio 1. num.10. Couarr. in cap. alma mater, part 1. §.11. num.8. Nauarr. in manuali cap.27. num.271. Soar. d. tomo 4. diſput.26. ſect.4. num.4. Vazquez d. art.1. dub.5. Fr. Emman. in explicat. Bullæ Cruciatæ §.9. dub.3. Viuald. in candel. aureo ſub tit. de abſolut. num.60. Fernandez d. p.3. cap.6. §.9. num.19. Benzon. in ſpeculo Epiſcop. lib.1. diſp. quæſt.6. concl.2. Duard. in Bull. Cœnæ lib.3. §.2. q.2. Machado vbi ſuprà docum.3. num.2. Hurtado d. tract. de Pœnit. diſput.10. diffic.9. in princ. Valer. Reginald. d. lib.1. num.59. Ioan. à Chapeauil. de caſibus reſeruatis cap.7. difficult.1. & de modo adminiſtrandi ſacramenta tempore peſtis, vbi de Pœnitent. quæſt.5. & 6. Homobon. de Bonis de humanæ vitæ ſtatibus p.1. cap.16. verſ. porrò, Mollin. de ritu nupt. lib.1. comp.18. num.18. Coriolan. de caſibus reſeruatis, part.1. ſect.2. art.16. à num.2. Molfeſ. d. tract.7. cap.15. num.77. Ioan. Valer. d. verb. Pœnitentia, differ.23. in fine, Sanchez in præcepta Decalogi, tom.1. lib.2. c.11. nu.1. reſoluentes non poſſe abſolui à ſimplici Sacerdote omnem transfretare volentem, ſed credentem, aut dubitantem probabiliter ſe naufragaturum, aut aliàs de vita periclitaturum. ſimiliter non quemlibet obſeſſum ab hoſtibus, ſed telis impugnatum, nec quamuis mulierem prægnantem, ſed eam quæ periclitatur de vita boni viri. latè Boſſ. in diſcept. moral. diſcept.2. num.6. cum ſeqq. vbi à n.15. de ſuſcipiente lõgam nauigationem, & n.16. de operam dantibus agitationi taurorum, haſtiludo, &c. & n.17. de his, qui voluntariè ſe offerunt caſtrandos, & n.18. de obſeſſis, & obſidentibus, & nu.19. de damnatis ad triremes, & n.21. de peſte infectis, vbi n.28. cum ſeqq. videtur amplecti cum aliquibus limitationibus ſententiã, nempe in loco peſtifero nequaquam omnes, & quoſlibet Sacerdotes, etſi minimè ab Ordinario approbatos poſſe audire Confeſſiones eorum, qui ibidem reperientur

ſani,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſani, eoſque abſoluere, ſed tantum eorum, qui iam peſte ſunt infecti.

12. ζ *Ideo omnes Sacerdotes*, &c.] Non ſolùm in abſentia proprij Sacerdotis, ſeu Superioris, verùm etiam quando adeſt, vel ad illum poteſt haberi recurſus cùm in articulo mortis nulla ſit reſeruatio, conſultiùs tamen faceret, qui præſente ſuo Parocho, vel Superiore ab eo potius quàm ab alio ſe abſolui faceret. Ita Nauarr. *conſil.* 15. aliàs 23. *in nouis, de pœnit. & remiſſ.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.* 21. Emman. Sà *in aphoriſmis verb. abſolutio, num.* 3. Fr. Emman. *in ſumm. p.* 1. *cap.* 59. *concl.* 3. Veg. etiam *in ſumma tom.* 1. *cap.* 6. *caſu* 10. Petr. de Ledeſma *in ſumma p.* 1. *de Sacrament.* vbi de Pœnit. *cap.* 14. *poſt* 1. *concluſ. num.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 1. *num.* 60. Ioan. Valer. *d. differ.* 23 *verſ. dubitant tamen*, Coriolan. *d. p.* 1. *ſect.* 2. *art.* 16 *num.* 7. Zerol. *in praxi de Pœnit. cap.* 15. *q.* 4. & 5. Chapeauil. *de caſib. reſeru. c.* 7. *in fine fol.* 60. Ludou. de S. Ioanne *p.* 1. *ſumm. tract. de Pœnit. q.* 6. *art.* 6. *dub.* 4. Ioan. Sanc. *in ſelect. diſp.* 44. *num.* 5. Marchin. *de bello diuino p.* 3. *cap.* 3. *num.* 11. & 12. Homobon. de Bonis *reſponſ. moral. p.* 4. *ſuper cenſuras reſp.* 83. Anton. Diana *moral. reſolut. p.* 1. *tract. de abſolut. ab hæreſi reſolut.* 5. Boſſ. *de Iubilæo ſect.* 1. *caſu* 12. *num.* 22.

Contra Soar. *d. tom.* 4. *de Pœnit. diſp.* 30. *ſect.* 3. *num.* 1. Valent. *tom.* 4. *diſput.* 7. *q.* 10. *punct.* 2. Vgolin. *de cenſur. tab.* 1. *cap.* 4 §. 5. Vaſquez *de Pœnit. q.* 93. *art.* 1. *dub.* 4. *num.* 18. Ioan. de Lugo *de Sacram. in tract. de Pœnit. diſp.* 18. *ſect.* 2. *num.* 23. *cum ſeqq.* Addit. ad Nauar. *conſ.* 23. *de Pœnit. & remiſſ.* Guttierez *canon. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 5. Barthol. à S. Fauſto *d. tract. de Pœnitent. lib.* 6. *quæſt.* 36. Benzon. *de fuga Epiſcopi lib.* 1. *diſput.* 1. *quæſt.* 6. *ante* 2. *concluſ.* Param. *de origine S. Inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 109. Azor. *d. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 19 *quæſt.* 5. Ægid. de ConincK *de Sacram. tom.* 2. *diſput.* 8. *dub.* 12. *num.* 90. Bonacina *de cenſuris diſput.* 1. *q.* 3. *punct.* 3. *num.* 3. Molfeſ. *d. tract.* 7. *cap.* 15. *num.* 79. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 229. *nu.* 2. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 6. & 7. Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 20. Torreblanca *de iure ſpirituali lib.* 14. *cap.* 4. *num.* 16. & 17. Cordub. *de caſib. q.* 18. Zambran. *de caſibus in art. mortis cap.* 4. *dub.* 4. *num.* 3. Bellon. *de Sacram. tom.* 2. *diſput.* 8. *dub.* 2. *num.* 16. Molin. *de Iuſtit. tom.* 4. *diſp.* 63. *num.* 2. Floron. *de caſibus reſeru. p.* 1. *c.* 4. §. 19. *num.* 5. Duard. *in Bullam Cœnæ lib.* 3. §. 2. *q.* 5. *à num.* 11. Filliuc. *in quæſt. moral. tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 8. *q.* 8. *num.* 220. Luyſ. Turrian. *in ſelect. diſput. cent.* 2. *cenſ. Theologic. dub.* 77. Petr. de Ochagauia *de Sacramentis tract.* 2. *de Confeſſ. q.* 35. *num.* 4. exiſtimantes ſimplicem Sacerdotem non debere abſoluere à reſeruatis quando adeſt Parochus, vel poteſt haberi facilis recurſus ad illum, ſeu ad Epiſcopum, ſine periculo quòd interim decedat infirmus.

13. Et propter particulam vniuerſalem *omnes*, qua vtitur Concilium, extendunt vt quilibet Sacerdos in dicto articulo mortis abſoluere poſſit, etiamſi ſit excommunicatus, & publicè denunciatus, ſuſpenſus, irregularis, degradatus, ſchiſmaticus, & hæreticus, dummodo non ſit periculum ſubuerſionis, Can. *in relect. de pœnit. p.* 5. Nauarr. *in man. cap.* 27 *num.* 271. Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 6. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 6. *q.* 27. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 11. *q.* 12. Valer. Reginald. *d. lib.* 1. *num.* 60. Ægid. de ConincK *d. tom.* 2. *diſp.* 14. *à num.* 234. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 229. & *in deciſ. curiæ Archiep. Neapolit. deciſ.* 26. *num.* 7. *part.* 4. Bonacin. *de cenſuris diſp.* 1. *quæſt.* 3. *puncto* 3. *num.* 3. Paul. Layman *in Theologia morali lib.* 5. *tract.* 6. *c.* 12. *nu.* 13. *verſ. notandum ſecundò*, Henriq. *in ſumm. lib.* 6. *cap.* 11. §. 8. Suar. *de Pœnit. diſp.* 26. *ſect.* 4. & *de cenſur. diſp.* 11. *ſect.* 1. *nu.* 14. Molin. *de Iuſtitia tom.* 4. *diſp.* 63. Torreblanca *in practicab. iuris ſpirit. lib.* 14. *cap.* 10. *num.* 18. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta præc.* 2. *lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 16. Boſſ. *in diſcept. moralib. diſcept.* 2. *num.* 44. Hurtado *de Sacram. tract. de Pœnit. diſp.* 10. *diffic.* 8.

Contra Couarr. *in cap. alma mater p.* 1. §. 6. *concluſ.* 8. Nauarr. ſibi contrarium *in man. c.* 26. *num.* 26. S. Thom. Turrec. Panorm. & alios, quos refert, & ſequitur Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. excommunicatio, different.* 23. *verſ. ſecundò dubitant, & verb. pœnitentia, different.* 9. Coriolan. *d. part.* 1. *ſect.* 2. *art.* 16. *num.* 10. putantes in articulo mortis, & in extrema neceſſitate non conuenire hæretico Sacerdoti quemquam abſoluere.

η *Quoslibet pœnitentes*, &c.] Etiam excommunicatos, 14.
& denunciatos ob hæreſim, vel ob aliud quodcunque delictum, vt per Tolet. *d. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 1. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 19. *quæſt.* 5. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 10. *puncto* 2. Soar. *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 11. *ſect.* 1. *num.* 14. Guttier. *canon. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 59. Cened. *ad Decretal. collect.* 103. *num.* 3. *verſ. in mortis*. Ceuall. *commun. contra communes, quæſt.* 82. *num.* 61. & *ſeq.* Auila *de cenſur. part.* 2. *cap.* 6. *dub.* 3. *diſput.* 3. *concl.* 4. Sayr. *in ſimili tract. lib.* 2. *cap.* 18. Zambran. *de caſibus in articulo mortis, prælud.* 1. Bonacina *de cenſur. diſput.* 1. *q.* 3. *punct.* 3. *num.* 3. & *diſput.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 2. §. 4. *num.* 3. *verſ. ſecunda*, & *de cenſur. in Bulla Cœnæ reſer. diſput.* 1. *q.* 22. *puncto* 2. *à num.* 9. Homobon. de Bonis *de humanæ vitæ ſtatib. p.* 1. *cap.* 16. *verſ. porrò*, & *de caſibus reſeru. p.* 1. *cap.* 1. Villalob. *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 27. *clauſ.* 1. §. 12. Paul. Layman *in Theologia morali lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 12. Filliuc. *in quæſt. moral. tomo* 1. *tract.* 7. *cap.* 8. *quæſito* 8. Torreblanca *in practicab. iuris ſpirit. lib.* 14. *cap.* 10. *num.* 16. Trullench *in expoſitione Decalogi lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 7. *num.* 4. Barthol. à S. Fauſto *d. tract. de Pœnitent. lib.* 6. *quæſt.* 38. Coriolan. *de caſibus reſeruatis part.* 1. *ſect.* 2. *art.* 16. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. excommunicatio, different.* 23. Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 18.

θ *Abſoluere poſſunt.*] Abſque irregularitatis incurſu ſi 15.
maiori excommunicatione innodati conſtitutum in articulo mortis abſoluerint, quamuis ante Concil. ſecus de iure erat dicendum, ita Nauarr. *in man. cap.* 27. *num.* 371. vbi ait ſe contrarium tenuiſſe *cap.* 26. *num.* 27. immemorem deciſionis Concilij *in præſenti*, Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 33. *litt. A. in fine verſ. excuſabitur etiam.*

Cùm abſolutio hæc in mortis articulo data à ſimplice 16.
Sacerdote ſit vera abſolutio procedens ex alma iuriſdictione omnibus Sacerdotibus in tali cauſa delegata, ac proinde operetur omnes abſolutionis effectus, vt reſoluunt Soar. *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 7. *ſect.* 1. *num.* 7. Anton. Ricciul. *d. tract. de iure perſonarum libro* 4. *cap.* 65. *num.* 17. ideo ſi conualeſceret ſic abſolutus, non eſſe iterum abſoluendum, tenent Souſa *in relect. Bullæ in Cœna Domini cap.* 3. *diſp.* 100. *num.* 6. Melch. Zambran. *in deciſ. pro mortis articulo cap.* 4. *de pœnit. dub.* 4. Anton. Ricciul. *d. lib.* 4. *cap.* 65. *num.* 16.

ι *Extra quem articulum*, &c.] Nullum Sacerdotem ex- 17.
tra mortis articulum poſſe abſoluere à caſibus per Superiorem reſeruatis, alias nulliter abſoluere, tenent Nauarr. *in man. cap.* 9. *num.* 6. *verſ.* 4 Ioan. Valer. *d. verb. Pœnitentia, differ.* 9. *verſ. nullus*. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 52. *per tot.*

Pœnitentiarium electum vigore Concilij Trid. *ſeſſ.* 24. 18.
*de reformat. cap.* 8. ſi non habet ab Epiſcopo auctoritatem abſoluendi, non poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopalibus ex ratione, & vi ſolius officij, cùm de caſuum reſeruatorum abſolutione nouo iure nihil decretum ſit, reſoluunt Nauarr. *conſil.* 20 *ſub tit. de pœnitent. & remiſſ. in nouis*, Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.* 44. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. dimiſſoriæ*, §. 1. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſolut.* 179. *in fine.*

Vicarium Epiſcopi vigore generalis mandati vicaria- 19.
tus abſoluere non poſſe à caſibus Epiſcopo reſeruatis, tenent Rebuff. *in praxi benefic. tit. de forma vicar. num.* 179. Sbroz *de officio vicarij lib.* 2. *q.* 19. Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Vicarius pen.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. *in fine pag.* 106. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 4. §. 7. *num.* 2. *verſ. poſtremò*. Ego ipſe *d. p.* 3. *alleg.* 54. *num.* 116.

Regulares etiam per priuilegium, quod *Mare magnum* 20.
vocatur, non habere facultatem abſoluendi pœnitentes à caſibus Epiſcopo reſeruatis deciſum referunt Ludouic. Beia *reſponſ. caſuum conſcient p.* 2. *caſu* 21. *in fine, verſ. nunc tamen*, & *p.* 3. *caſu* 5. *in fine, verſ. hoc tamen*, Campan. *in diuerſ. iuris Canonici rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 63. Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæſt.* 46. *art.* 2. *in fine*. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de religion. num.* 56. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *nu.* 267. 268. & 269. Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 61. *artic.* 13. Homobon. de Bonis *de examine eccleſiaſt. tractat.* 5. *cap.* 2. *quæſt.* 10. Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1.

*verb. abſolutio.§.5.verſ.dicet quis,& p.2.eod.verbo §.1.verſ.reſpondendum ſecundò,& in praxi de Pænit.c.24.quæſt.9.* Filliuc. *tom.1.tract.15. num.* 248. Boſſ. *de triplici Iubilæi priuilegio ſect.1.caſu 3.num.9.* Ego ipſe *d.p.3.al leg.52.num.8.*

21. Patres Ieſuitæ, & alij Confeſſarij vigore priuilegiorum Roſarij non poſſunt abſoluere pœnitentes à caſibus reſeruatis Epiſcopo, niſi priuilegia talem tradant facultatem, vel ſint obtenta, aut confirmata poſt Concil. Trident. Ita refert deciſum Garc. *d.p.3.c.2.n.386.* vbi *num.* 294. pariter reſolutum aſſerit poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis omnes, qui audiunt Confeſſiones virtute Bullæ Iubilæi indicti à Summo Pontif. cum facultate abſoluendi à quibuſcunque enormibus peccatis reſeruatis Sedi Apoſtol. etiam in Bulla Cœnæ Domini, ſed non virtute priuilegiorum, & facultatum perpetuò conceſſarum, & Roſarij.

22. Regulares vtriuſque ſexus non poſſunt vigore Bullæ Cruciatæ Confeſſarios ſibi eligere, & ab eis abſolui à caſibus reſeruatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini, propter Breue Clementis VIII. Ita Sebaſt. à Coſta *ſuper Bull. Cruciatæ quæſt.*107. Euſeb. Herrera *in deciſ. moral. deciſ.9. in fine §.1. & 2. in princip.* Fr. Emmanuel. *in addit. ſumm. tom.3.cap.7.num.* 2. Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælator. tom.2.quæſt.34.art.15.concluſ.* 2. Villalob. *in ſumm. tract.27.pro Bulla Cruciata, clauſ.9.* Soar. *tom.4.de relig.lib.2.cap.16.verſ.2.* latè Hieronym. Roderic. *in compendio quæſt. regul. verb. abſolutio, num.* 24. optimè Sel *in ſelectis Canonic. cap.18.num.* 10. vbi atteſtatur ita deciſum *in cauſa Portugaliæ & Caſtellæ 4. Decembris* 1627.

23. Regulares cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & inſtituti etiam neceſſariò exprimendi, tam intra, quàm extra Italiam, in vim priuilegiorum, aut confirmationum huiuſmodi, quas vel hactenus obtinuerunt vel deinceps fortè obtinebunt, non poſſunt quemquam abſoluere à caſibus in Bulla Cœnæ Domini, aut Ordinario loci reſeruatis; at ſi ſecus egerint, abſolutiones nullæ atque irritæ erunt. Ab alijs verò caſibus, & cenſuris Sedi Apoſtol. reſeruatis, ſiquidem Regulares habent à Sede Apoſtol. abſoluendi facultatem, illa extra Italiã minimè ſublata fuit, ita Aldan. *in compendio canon. reſolut. lib.1.tit.10.num.* 15. vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum in S. Congreg. Epiſcop & Regul. *ſub die 17. Nouembris* 1628.

24. Regulares audientes Confeſſiones in ea diœceſi, in qua ſunt approbati, cum facultate etiam caſuum reſeruatorum, abſoluere poſſunt aduenientes ex alia à caſibus reſeruatis in diœceſi pœnitentium, non autem in illa vbi Regulares confeſſiones audiunt, dummodo non malitioſè huiuſmodi pœnitentes talem abſolutionem quærant, ita Sel. *d.cap.18, num.3,* vbi aſſerit deciſum *ſub die 19. Nouembris.* 1616.

Conceſſa facultas abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtol. reſeruatis, non comprehendit caſus, quos Epiſcopus, & Prælatus Religioſus cum ſuis ſubditis Regularibus reſeruauit, niſi de his fieret ſpecialis mentio, ita refert deciſum Nicol. Garc. *d.p.3.cap.2.num.*286. 25.

Abſoluere Epiſcopum & cum ipſo diſpenſare poterit ab eodem Epiſcopo Confeſſor electus de omni peccati vinculo, de quo poteſt abſoluere, vel diſpenſare ipſe Epiſcopus, vt dicit reſolutum Piaſec. *in praxi Epiſcop.p.2. cap.1. num.* 17. 26.

Pœnitentem habentem peccata reſeruata Epiſcopo, vel Prælato, & copiam eorum non habentem ad confitendum illis dicta peccata, poſſe confiteri Parocho, & ab eo abſolui à peccatis non reſeruatis, reſeruata abſolutione à reſeruatis cùm Superiori copiam ſui fecerit, reſoluunt Nauar. *in man.cap.26.num.6.* Iacob de Graff. *in aureis deciſ.p.1.lib.1.cap.13. num.*70. Læl. Zech. *de caſibus reſeruatis, in princ. obſeru.*4. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.1.quæſt.29.num.2.* Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſc.p.3. alleg.51.num.12.* Barthol. à S. Fauſto *d.tract. de Pœnit. lib.8. q.20.* vbi intelligit in caſu neceſſitatis, & ſecus reſoluit ſi non vrgeat neceſſitas, plures alij, quos refert & ſequitur Io. Valer. *d. verb. Pœnitentia, differ.*10. aduertens debere pęnitentem tam reſeruata, quàm non reſeruata peccata Parocho confiteri, quia quoad eum debet eſſe integra, licèt quoad Superiorem poſſet eſſe dimidiata, quod etiã adnotauit Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.2. lib.8.cap.3.num.13.* Barthol. à S. Fauſto *d.lib.8.quæſt.21.* 27.

Et notat Piaſec. *d.cap.1.num.18.in fine, pag.*108. quòd in caſibus reſeruatis cùm recurritur ad Epiſcopum, debet pœnitens confiteri omnia ſua peccata, & Epiſcopus vel omnia abſoluere, vel eum ad inferiorem remittere poteſt, præmiſſa facultate abſoluendi reſeruatum, quam ſufficit ſignificare ipſi pœnitenti, vt faciat ſe abſolui ab inferiore, & creditur tunc ipſi pœnitenti dicenti facultatem huiuſmodi ſibi ab Epiſcopo eſſe conceſſam, de quo tamen eſt conſulendus Fagundez *d.lib.8.c.3.à num.2.* & Stephan. de Aluin. *d.c.33.nu.7.* Machado *d.lib.1.p.3.tract.4. docum.3.num.3.* latè Ioan. de Lugo *d.tractat. de Pœnit. diſp.20.ſect.6.num.74. cum ſeqq.* Hurtado *d. tract. de Pœnit. diſp.11.diffic.14.cum ſeqq.* Barthol. à S. Fauſto *tom.3.tract. de Pœnit. lib.4. quæſt.* 179. 28.

## *De Satisfactionis neceſsitate, & fructu.*

## CAPVT VIII.

1 *Doctores de ſatisfactionis neceſſitate & fructu agentes.*

2 *Confeſſarius per ſe loquendo tenetur ſatisfactionẽ ſeu pœnitentiam iniungere.*

3 *Pęnitens quando pœnitentiam tenetur acceptare.*

4 *Satisfactio an poſſit fieri per opera aliàs debita quæ quis tenetur facere ex alio præcepto.*

5 *Pœnitentiam in peccato mort. adimplens peccat mortaliter, ſed pęnitentię ſibi à Confeſſario iniunctę ſatisfacit.*

DEmum,[a] quo ad ſatisfactionem, quæ ex omnibus Pœnitentiæ partibus, quemadmodum à Patribus noſtris Chriſtiano populo fuit perpetuo tempore commendata, ita vna maximè noſtra ætate, ſummo pietatis prætextu impugnatur ab ijs, qui ſpeciem pietatis habent, virtutem autem eius abnegarunt: ſancta Synodus declarat, falſum omnino eſſe, & à verbo Dei alienum, culpam à[b] Domino nunquam remitti, quin vniuerſa etiam pœna condonetur. Perſpicua enim, & illuſtria in ſacris litteris exempla reperiuntur, quibus, præter diuinam traditionem, hic error quàm manifeſtiſſimè reuincitur. Sanè & diuinæ iuſtitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptiſmum per ignorantiam deliquerint: aliter verò, qui ſemel à peccati, & Dęmonis ſeruitute liberati, & accepto Spiritus ſancti dono, ſcientes templum[c] Dei violare, & Spiritum ſanctum contriſtare non formidauerint. Et diuinam clementiam decet, ne ita nobis abſque vlla Satisfactione peccata dimittantur, vt, occaſione accepta leuiora putantes, velut iniurij, &[d] contumelioſi Spiritui ſancto, in grauiora labamur, theſaurizantes nobis iram in die iræ: proculdubio enim magnopere à peccato reuocant, & quaſi

[a] De pęnit. diſt. 3. circa princ.
[b] Infra can. 12. Geneſ. 3. 2. Reg. 12. Num. 12. & 20. ſeſſ. 6. ca. 30. & c. 14.
[c] 1. Cor. 3. Epheſ. 4.
[d] Hebr. 10. Roma,

freno

freno quodam coercent hæ ſatisfactionis pœnæ, cautioreſque & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt: medentur quoque peccatorum reliquijs, & vitioſos habitus, malè viuendo comparatos, contrarijs virtutum actionibus tollunt. [e] Neque verò ſecurior vlla via in Eccleſia Dei vnquam exiſtimata fuit ad amouendam imminentem à [f] Domino pœnam, quàm vt hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hęc, quod dum ſatisfaciendo patimur pro peccatis, Chriſto Ieſu, [g] qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex quo omnis noſtra ſufficientia eſt, conformes efficimur, certiſſimam quoque inde arrham habentes, quod ſi compatimur, & glorificabimur. Neque verò ita noſtra eſt ſatisfactio hæc, quam pro peccatis noſtris exoluimus, vt non ſit per Chriſtum Ieſum. nam quia [h] ex nobis, tanquam ex nobis nihil poſſumus: eo cooperante, qui nos confortat, omnia poſſumus. ita non habet homo vnde glorietur: [i] ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt: in quo viuimus, in quo meremur, in quo ſatisfacimus: [k] facientes fructus dignos pœnitentiæ: qui ex illo vim habent: ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre. Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, ſalutares, *a & conuenientes ſatisfactiones iniungere*: ne, ſi fortè peccatis conniueant, & indulgentiùs cum pœnitenbus agant, leuiſſima quædam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, vt Satisfactio, quam imponunt, non ſit tantum ad nouæ vitæ cuſtodiam, & infirmatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum, vindictam, & caſtigationem. [l] Nam Claues Sacerdotum non ad ſoluendum duntaxat, ſed & ad ligandum conceſſas, etiam antiqui Patres & credunt, & docent: nec propterea exiſtimarunt, Sacramentum Pœnitentiæ eſſe forum iræ, vel pœnarum, ſicut nemo vnquam catholicus ſenſit ex huiuſmodi noſtris ſatisfactionibus [m] vim meriti, & ſatisfactionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel obſcurari, vel aliqua ex parte imminui: quod dum Nouatores intelligere nolunt, ita optimam Pœnitentiam nouam vitam eſſe docent, vt omnem Satisfactionis vim & vſum tollant.

e Ezech 33. Ionę 3. Hierem. 3. 18 & 25. f Iſaiæ 30. Eccleſ. 17. Matth. 3. 4. 11. & 18. cum ſim. g Roman. 5. 3. Ioann. 2. in princip. 2. Cor. 3. Rom 8. h 2. Cor. 3. Philipp. 4. 1. Cor. 12. in fin. i 2. Cor. 10. in fin. Galat. 6. Act. 7. k Matth. 3. & 4 Luc. 3. 10. 17. c. tempora cum multis ſeq. 26. q. 7. c. de pœnitentib. de conſecr. d. 4. Conc Carth. 7. cap. 21. & Concil. Carthag. 4. c. 74. Conc. Cabil. ca. 34. & 38. Conc. Aphr. c. 9. l Matth. 16. & Ioan. 20. ſuprà c. 1. in fin. & infra c. 3. & vlt. de pœnit. m Infrà c. 13. 3.

1. VIde Scholaſt. *in 4. à diſtinct. 20. vſque ad 25.* S. Thom. *in ſupplem. q. 12. & p. 3. q. 94.* Caiet. *tom. 1. opuſcul. tract. 3.* Medin. *tract. 3. de ſatisfact.* Petr. Sot. *lect. 2. de ſatisfact.* Soar *tom. 4. de pœnit. diſp. 37 cum ſeqq.* Luc. Pinel. *de pœnitent. tract. 3. de ſatisfact.* Petr. de Ledeſm. *in ſum. p. 1. de Sacram.* vbi de Pœnit. *cap. 23.* Balduin. inn. ſuper opera controuerſ. Bellarmini *p. 2. lib. 5. cap. 6. per tot.* Ioan. Maldonat. *tom. 2. de pœnit ſub tit. de ſatisfact.* Marcel. Megal. *p. 1. inſtit. confeſſ. lib. 6.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib. 7.* Fernandez *in examine Theologiæ moral. p. 3. cap. 6. §. 7.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſp. 2. dub. 12. num. 107. & diſp. 4. num. 26. in fine.* Torreblanc. *de iure ſpirit. lib. 14. cap. 8. de ſatisfactione*, Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnit. l. 5. de ſatisfact.* Bonacin. *de Sacrament. diſp. 5. q. 5. ſect. 3. puncto 2.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moral. tract. 7. cap. 25. de ſatisfact.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſiaſt. p. 1. trac. 5. cap. 15 quæſt. 92. cum ſeqq.* Vincent. Filiuc. *in quæſt. moralib. tract. 8. de ſatisfact.* Iul. Lauor. *de Iubilæo, & Indulgent. p. 2. c. 5. de ſatisfact.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc. 2. lib. 9.* Paul. Layman. *in Theolog. morali lib. 5. tract. 6. cap. 15.* Ioan. Sanci *in ſelectis diſp. 13. num. 17.* Ioan. de Lugo *de Sacram. tract. de Pœnit. diſp. 8. ſect. 2. num. 45.* vbi ait per nunc text. non ſemper auferri totum reatum pœnæ ſimul cum culpa. *& diſp. 24. ſect. 1. num. 1.* vbi dicit, quod licèt remiſſa culpa mort. auferatur reatus totius pœnæ æternæ, non tamen aufertur reatus totius pœnæ temporalis. & *diſput. 25.* agit de ſatisfactione provt eſt tertia pars Sacramenti Pœnitentię, Hurtado *de Sacrament. tractat. de Pœnitent. diſp. 13. de ſatisfactione ſecundum ſe.*

2. *a Et conuenientes ſatisfactiones iniungere.*] Confeſſarium per ſe loquendo, teneri arbitrio ſuo condignam ſatisfactionem, ſeu pœnitentiam iniungere, ex hoc text. colligunt Soar. *tomo 4. de Pœnitent. diſp. 38. ſect. 3.* Valent. *tom. 4. diſp. 7. q. 14. puncto 4.* Henriquez *in ſum. lib. 5. cap. 20. §. 5. & cap. 21. in princ.* Valer. Reginald. *d. lib. 7. à num. 11.* Ægid. de Coninch *d. tom. 2. diſp. 10. num. 60 cum ſeqq. & à num. 70.* Nugn. *in addit. q. 13. art. 2. diffic. 1. verſ. ex dictis ſequitur*, Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 35. num. 2.* Ludouic. Beia, *reſponſ. caſuum conſcient. p. 3. caſu 1. & 2.* Bonacina *d. diſp. 5. quæſt. 5. punct. 2. num. 1.* Iul. Lauor. *d. p. 2. cap. 5. num. 8 & 13.* Torreblanc. *d. lib. 14. cap. 8. à num. 19.* Hurtado *d. tract. diſp. 14. difficul. 2. & 3.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 5. q. 34. cum ſeqq.* Fernandez *d. §. 7. num. 3.* tam ante, quam poſt abſolutionem ſacramentalem, vt tenent Nauarr. *in man. cap. 26. nu. 19.* Ludouic. Beia *d. p. 3. caſu 3. in princ.* Bonacina *d. q. 5. ſect. 3. punct. 2. nu. 19.* Iul. Lauor. *d. cap. 5. n. 11. cum ſeqq.* licèt rectiùs ante imponendam credat Fernandez *d. §. 7. n. 5.*

Pœnitentem teneri pœnitentiam tolerabilem, & humanæ fragilitati accommodatam acceptare, acceptamque adimplere, niſi adſit rationabilis cauſa non acceptandi, tenet Magiſt. *in 4. diſt. 16.* vbi S. Thom. *quæſt. 1. art. 3. q. 3.* Richar. *art. 1. q. 1.* Durand. *quæſt. 5. ad 2.* Scot. *qu. 2. art. 2.* Soar. *d. tom. 4. diſp. 38. ſect. 7. num. 2.* Petr. Sot. *lect. 2. de ſatisfact.* Maldonat. *d. tit. de ſatisfact. cap. 5.* Henriquez *in ſum. lib. 4. c. 8. §. 1. iuncto commento lit. B.* Luc. Pinel. *de ſacram. Pœnitent. tract. 3. de ſatisfact. dub. 4.* Valent. *tomo 4. diſp. 7. q. 14. puncto 4.* Vaſquez *quæſt. 94. art. 2. dub. 1. num. 5.* Nugn. *q. 15. art. 1. & quæſt. 13. art. 2. diffic. 4.* Marcel. Megal. *d. lib. 6. ca. 3. num. 3. cum ſeqq.* Ægid. de ConincK *d. tom. 2. diſp. 10. num. 79.* Fernandez *d. p. 3. c. 6. §. 7. num. 10. cum ſeqq.* Bonacina *de Sacram. diſp. 5. quæſt. 5. ſect. 3. puncto 4. num. 1.* Molfeſ. *d. tract. 7. cap. 25. num. 56.* Valer. Reginald. *d. lib. 7. à num. 75.* Iul. Lauor. *d. cap. 5. num. 9.* Paul. Layman *d. cap. 15. numer. 6.* Ioan. de Lugo *d. tract. de Pœnit. diſput. 25. ſect. 5. num. 68. cum ſeqq.* Torreblanca *d. lib. 14. cap. 8. num. 21. cum ſeqq.* Hurtado *d. tract. de Pœnit. diſp. 14. diffic. 4.* Ratio eſt, quia Confeſſarius, vt dicunt Doctores citati *num. præcedenti*, tenetur imponere pœnitentiam; ergo pœnitens tenetur impoſitam acceptare, alioqui fruſtrà eſſet potentia, & neceſſitas ad imponendam ex parte Confeſſoris, ſi daretur libertas acceptandi ex parte Pœnitentis.

Contra Martin. Ledeſm. *2. 4. q. 20. art. 4. quæſt. 2.* Nauarr. *in man. cap. 26. num. 20. & in cap. contrarium, de pœnitent. diſt. 5. num. 18.* Ludouic. Beia *d. p. 3. caſu 3. verſ. ex parte ergo pœnitentis.* Ioan. Rebell. *in hiſtoria miraculorum ſanctiſſimi Roſarij, lib. 3. dialog. 7.* Medin. *in Cod. de ſatisfact. quæſt. 6.* Zerol. *de pœnit. cap. 25. q. 9.* Fagundez *d. præcept. 2. lib. 3. cap. 3. num. 17.* exiſtimantes Confeſſorem non poſſe inuitum pœnitentem obligare ad acceptandam pœnitentiam.

Vtrùm autem poſſit fieri huiuſmodi ſatisfactio per opera aliàs debita, quæ quis tenetur facere ex alio præcepto? vide Bonacin. *d. q. 5. ſect. 3. puncto 2. num. 11.* Iul. Lauor. *d. c. 5. à num. 25.* vbi *num. 28.* rationem aſſignat, quare tempore Miſſæ audiendæ de præcepto adimpleri poſſit pœnitentia iniuncta à Confeſſario, & non poſſit adimpleri ieiunium iniunctum pro pęnitentia tempore vigiliæ, vel Quadrageſimæ, & ſic quare aliquando per vnicā actionem dentur plures effectus ſatisfactionis, aliquando verò non, reſpondendo in hæc verba: Quando actio terminatur ad plura obiecta ſecundùm diuerſas rationes formales, puta iuſtitiæ, Religionis, &c. tunc poteſt per vnicam actionem pluribus obligationibus ſatisfieri, quia vnum obiectum eſt independens ab altero; quando verò terminatur actio ad plura, quæ ſub eadem ratione 4.

conſide-

conſiderantur, tunc non poteſt per vnam actionem pluribus ſatisfieri, quia habent idem principium, & eandem rationem formalem, quæ terminatur ad diuerſa obiecta, à quibus ſicuti plura ſunt, ita ſatisfaciens illis debet ſpecificari per modum plurium, alioqui vnum poſſet pro centum ſatisfacere debito mille aureorum, & ſic vnica ſatisfactione non poſſunt adimpleri plura præcepta ſub eadem ratione formali, v. g. religionis, iuſtitiæ, &c.

Penitentiam in peccato mortali adimplens licet peccet, tamen obligationi penitentiæ ſibi à Confeſſario iniunctæ ſatisfacit, vt per Syluest. *in ſumm. verb. ſatisfactio, num.* 7. Sot. *in* 4. *diſtinct.* 19. *quæſt.* 1. *art.* 4. Nauarr. *in manual. cap.* 3. *num.* 5. Valent. *tomo* 4. *diſput.* 7. *quæſt.* 14. *puncto* 3. *verſ. non eſt tamen negandum,* Soar. *tom.* 4. *diſput.* 38. *ſect.* 8. *num.* 3. & 7. Ægid. de ConincK *d. tom.* 2. *diſp.* 10. *num.* 22. *cum ſeqq.* Zerol. *de Pœnitent. c.* 25. *quæſt.* 18. Bonacina *d. quæſt.* 5. *ſect.* 3. *puncto* 4. *num.* 15. Iul. Lauor. *d. cap.* 5. *num.* 32. & 33. Ioan. de Lugo *d. tract. de Pœnitent. diſput.* 25. *ſect.* 3. *num.* 30. *cum ſeqq.* vbi poſt Palud. Adrian. Caiet. & Sotum tenet pœnitentiam poſſe adimpleri in ſtatu peccati abſque graui peccato, Hurtado *d. tract. de Pœnit. diſput.* 14. *difficult.* 14. Barthol. à S. Fauſto *d. tract. de Penitent. lib.* 5. *quæſt.* 28. vbi quòd peccat, non tamen mort. Pœnitentia enim facta in peccato ſortitur ſuum effectum adueniente charitate, & ſublato obice, & per eam ſatisfit pœnæ debitæ, vt per Nauarr. *d. cap.* 3. *num.* 5. Henriq. *d. c.* 20. *num.* 7. Emman. Sà *verb. ſatisfactio, num.* 7. Soar. *d. ſect.* 8. *num.* 5. Zerol. *d. quæſt.* 18. Bonacin. *d. punct.* 4. *num.* 17. Iul. Lauor. *d. cap.* 5. *num.* 34. Fagundez *d. præc.* 2. *lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 2. ConincK *d. diſp.* 10. *dub.* 11. plures, quos refert & ſequitur Diana *moral. reſolut. tom.* 2. *tract.* 4. *de Sacram. reſol.* 85. Ioan. de Lugo *d. tract. de Penit. diſp.* 25. *ſect.* 3. *num.* 40. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *quæſt.* 27.

---

## *De Operibus ſatisfactionis.*

### CAPVT IX.

1 *Iuſti per opera pœnitentiæ, vel ſponte aſſumpta, vel etiam illis præcepta, an poſſint ſatisfacere pro pœnis ex peccatis remiſſis reſtantibus.*

2 *Flagella inflicta in hoc mundo à Deo ſi patienter tolerentur, ſunt ſatisfactoria pro peccatis.*

DOcet præterea, tantam eſſe diuinæ munificentiæ largitatem, vt non ſolum pœnis, ſponte à nobis pro vindicando peccato ſuſceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro menſura delicti impoſitis, ſed etiam, quod maximum amoris [a] argumentum eſt, *a temporalibus flagellis,* à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Chriſtum Ieſum ſatisfacere valeamus.

[a] Cap. ſunt plures in fi. de pœnit. diſt. 3.

1. VIde Catech. Roman. Pij V. *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 54. Hurtado *de Sacrament. tractat. de Pœnitent. diſput.* 13. *difficult.* 3. dum dicit hominem iuſtum poſſe bonis operibus ſatisfacere pro pœna temporaria aliquando reſtante poſt peccatum quoad culpam remiſſam. Torreblanca *de iure ſpirit. libro* 14. *cap.* 8. *num.* 12. & 13. vbi quòd non ſolum pœnis à nobis pro vindicando peccato ſuſceptis, ſed etiam temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis ſatisfacere valemus. & *num.* 17. dicit quòd effectus huius ſatisfactionis ex opere operato, remittit pœnam temporalem præter illam, quæ reſpondere poteſt merito operantis, & *num.* 18. quòd remittit pœnam Purgatorij, nam opera noſtra concurrentibus omnibus conditionibus de condigno & iuſtitia, ſatisfaciunt pro pœna Purgatorij. Vtrùm iuſti per opera pœnitentiæ vel ſponte aſſumpta, vel etiam illis præcepta, poſſint ſatisfacere pro pœnis ex peccatis remiſſis reſtantibus? Affirmant Cardin. Bellarmin. *lib.* 4. *de pœnitent. cap.* 3. *cum ſeqq.* Valent. *tom.* 4. *diſputat.* 7. *quæſt.* 14. *puncto* 2. Soar. *tom.* 4. *de Pœnitent. diſput.* 37. *ſect.* 1. Ægid. de ConincK *de Sacram. tom.* 2. *diſput.* 10. *num.* 14. *cum ſequentibus.*

*a Temporalibus flagellis,* &c.] Flagella inflicta in hoc mundo à Deo, ſi patienter tolerentur, eſſe ſatisfactoria pro peccatis, docent S. Thom. *in add. ad* 3. *part. quæſt.* 15. *artic.* 2. Silu. *in ſumm. verb. ſatisfactio quæſt.* 9. Nauarr. *in man. cap.* 7. *num.* 4. quos refert & ſequitur Iul. Lauor. *de Iubilæo, & indulgent. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 30. Torreblanca *d. lib.* 14. *cap.* 13. *num.* 23. Hurtado *d. diſput.* 13. *difficult.* 7. *in princip.* 2.

## *DE EXTREMA VNCTIONE.*

VIſum eſt autem ſanctæ Synodo, præcedenti doctrinæ de Pœnitentia adiungere ea, quæ ſequuntur de Sacramento extremæ Vnctionis, quod non modò Penitentiæ, ſed & totius Chriſtianæ vitæ, quæ perpetua penitentia eſſe debet, conſummatiuum exiſtimatum eſt à Patribus. Primum itaque circa illius inſtitutionem, declarat, & docet, [a] quod clementiſſimus Redemptor noſter, qui ſeruis ſuis quouis tempore voluit de ſalutaribus remedijs [b] aduerſus omnia omnium hoſtium tela eſſe proſpectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis alijs præparauit, quibus Chriſtiani conſeruare ſe integros, dum viuerent, ab omni grauiore ſpiritus incommodo poſſint, ita extremæ vnctionis Sacramento finem vitæ, tanquam firmiſſimo quodam præſidio muniuit. Nam etſi aduerſarius [c] noſter occaſiones per omnem vitam quærat, & captet, vt deuorare animas noſtras quoquo modo poſſit, nullum tamen tempus eſt, quo vehementius ille omnes ſuæ verſutiæ neruos intendat ad perdendos nos penitus, & à fiducia, etiam ſi [d] poſſit, diuinæ miſericordiæ deturbandos, quàm cum impendere nobis exitum vitæ perſpicit.

[a] Infrà can. 1. de ſacram. Extremæ vnct.
[b] Epheſ. 6.
[c] 1. Petr. 5. cap. nulli dubium 3.
[d] Geneſ. 3. & infrà c. 2. in fin.

VIde Theologos *in* 4. *diſt.* 23. & *ibi* S. Thom. & Sot. eundem S. Thom. *p.* 3. *q.* 29. *art.* 1. Canoniſtas *in cap. vnico, de Extrema vnctione,* Silu. Armil. Victor. Nald. & alios ſummiſtas *verb. Extrema vnctio,* Victorel. *de Extrema vnct.* Catechiſm. Roman. *eod. verb.* Cardin. Bellarm. *in controuer. Cathol. tom.* 3. *lib. vnic. de Sacram. Extremæ vnctionis.* Valent. *tom.* 4. *diſput.* 8. Soar. *tom.* 4. *de penitent. diſput.* 39. *cum quinque ſeqq.* Viuald. *in candel. aureo, tit. de Sacram. vbi de Extrema vnctione.* Ioan. Maldon. *tom.* 2. *controuerſ. tit. de Extrema vnctione.* Henriq. *in ſumm. lib.* 3. *cap.* 8. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 3. *quæſtione* 79. *art.* 3. *cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. Extrema vnctio,* Petrus de Ledeſma *in ſumm. part.* 1. *de Sacrament. vbi de Sacrament. Extremæ vnctionis,* Franc. Pitigian. *diſt.* 23. *quæſtione vnica art.* 1. *cum ſeqq.*

Valet.

Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.28. num.43. cum ſeqq.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. & cenſur. tom.2. diſput.19.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Extrema vnctio.* Scip. de Rubeis *in aphoriſm. Epiſcop. verb. Vnctio Extrema.* Barthol. Gauant. *in Enchirid. Epiſcop. eod. verb.* Poſſeuin. *de officio curati cap.9.* Fernandez *in examine Theolog. moral. part.3. cap.10. §.1.* Laurent. à Portel *in dubijs regularibus verb. Sacramenta numero 11. & 12.* Galganet. *de iure publico libro 3. tit.97.* Bonacina *de Sacrament. diſputat. 7.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tomo 1. quæſtione 49.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moral. tract.4. cap.3.* Vincent. Filliuc. *in quæſtione moralibus tract.3. cap.4. cum ſeqq.* Villalob. *part.1. ſumma tract.10. difficultat.4.* Paul. Layman. *in Theologia morali libro 5. tract.8.* Tamburin. *de iure Abbatum tomo 2. diſputat.7.* Ioan. Chapeauille *de modo miniſtrandi Sacrament. tempore peſtis cap.5.* Zambran. *de caſibus in articulo mortis cap.5.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſtion. regular. reſolut.141. de Vnctione extrema,* Torreblanca *de iure ſpirituali libro 2. cap.11.* Hurtado *de Sacram. tract. de Extrema Vnctione,* meipſum *de officio, & poteſtate Epiſcopi part.2. allegat.31. & de officio, & poteſtate Parochi cap.22.*

## *De Inſtitutione Sacramenti Extremæ Vnctionis.*

### CAPVT PRIMVM.

1 *Extrema vnctio verè & propriè eſt nouæ legis Sacramentum.*
2 *Extremę vnctionis Sacramentum à Chriſto D. N. inſtitutum.*
3 *Materia proxima ſacramenti Extremæ vnctionis eſt vnctio ſaltem quinque ſenſuum facta à Sacerdote.*
4 *Materia Extremæ vnctionis eſt oleum ab Epiſcopo benedictum.*
5 *Sacerdos ſimplex an poſsit ex commiſsione Papæ oleum, & Chriſma conſecrare, ſeu benedicere.*
6 *Parochus non excuſatur à peccato ſi oleum alterius anni adhibeat, niſi neceſſitas aliud ſuaderet.*
7 *Parochus eo caſu, quo oleum conſecratum creditur non ſufficere pro toto anno, licitè poteſt ei miſcere oleum non conſecratum in minori quantitate.*
8 *Oleum ſanctum à quouis Epiſcopo recipiunt Fratres Cruciferi,*
9 *& Fratres S. Mariæ de Monte Carmelo.*
10 *Oleum ſanctum permittere debet Epiſcopus quòd Regulares teneant in eorum Eccleſiis pro vſu ipſorum duntaxat.*
11 *Olea ſacra poſſunt ab Epiſcopo benedici in alia Eccleſia à Cathedrali.*
12 *Olea ſacra quot annis ab Epiſcopo conficiuntur.*
13 *Conſecratio ſacrorum oleorum debet fieri iuxta formam Pontificalis.*
14 *Olea ſacra ex cauſa neceſſitatis poſſunt confici ab Epiſcopo cum minori numero Sacerdotum.*
15 *Oleum ſanctum debet aſſeruari in Cathedrali, & ab eius dignitatibus diſpenſari alijs Eccleſiis.*
16 *Forma Sacramenti Extremæ vnctionis.*
17 *Vngi poteſt organum ſenſus magis obuium ſi periculum fuerit in mora.*

INſtituta eſt autem ſacra hæc Vnctio infirmorum, tamquam verè, & propriè Sacramentum noui Teſtamenti, *α à Chriſto Domino noſtro,* [a] apud Marcum quidem inſinuatum, [b] per Iacobum autem Apoſtolum, ac Domini fratrem, fidelibus commendatum, ac promulgatum. Infirmatur, inquit, quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, *β vngentes eum oleo,* in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Quibus verbis, vt ex Apoſtolica traditione, per manus accepta, Eccleſia, didicit, docet materiam, formam, proprium miniſtrum, & effectum huius ſalutaris Sacramenti. intellexit enim Eccleſia, *γ materiam eſſe oleum, ab Epiſcopo benedictum.* nam Vnctio aptiſſimè Spiritus ſancti gratiam, qua inuiſibiliter anima ægrotantis inungitur, repræſentat, *δ formam deinde eſſe illa verba,* Per iſtam vnctionem, &c.

a Marc.6. b Iacob.5. c. presbyteros 95. diſt. c. 1. §. 1. de Sacr. Vnctione Concil. Cabilon. c.48. Innoc.1. epiſt 1. c.8.

1. EXtremam Vnctionem verè, & propriè eſſe nouæ legis Sacramentum, probant S. Thom. *3. part. quæſt. 29. art.1.* Soar. *tomo 4. de pœnit. diſputat.39. ſect.1. & 2.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.3. quæſt.79. art.1.* Franc. Pitigian. *diſt.23. quæſt. vnica, art.1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.28. numero 43.* Azor. *inſtitut. moral. part.1. libro 4. cap.11. quæſt.1. ſtatim in princ.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. tomo 2. diſputat. 19. dub.1.* Bonacina *eodem tract. diſputat.7. quæſt. vnica puncto 1. numero 1. & 3.* Fernandez *in examine Theolog. moral, part.3. cap.10. §.1. numero 13.* Ioan. de Lugo *de Sacrament. in genere diſputat.7. ſect.1. num.3. in fine.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib.2. cap. 10. numero 7.* Hurtado *de Sacrament. tract. de Extrem. vnctione diffic.1.* Et nullum in veteri lege reſpondere potuit Sacramentum huic Extremæ vnctionis, quod, eſt quædam immediata præparatio ad gloriam, & ingreſſum ad cœlum; quia pretio nondum ſoluto aditus in cœlum patere non potuit, vt docet Sayr. *de Sacrament. in genere lib.3. cap.4. quæſt. vnico, art.2. verſ. quintum eſt, prope med.*

2. *α A Chriſto Domino noſtro,* &c. ] Vide Henriq. *in ſumma libro 3. cap.7.* Sayr. *de Sacrament. in genere libro 2. cap.2. quæſtione 2. artic.2. & quæſt.3. art.2. verſ. de Sacramento Extremæ vnctionis,* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarm. part 2. lib.6. cap.1.* Vaſq. *in 3. p. tom.2. diſp.135. num.4.* Valer. Reginald. *d. lib.28. à num.45.* Emman. de Valle *de incantat. & enſalmis ſect.2. cap.11. numero 7. & numero 18. cum ſeqq.* Bonacina *dict. puncto 1. num.2. & 3.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract.4. cap.3. numero 21.* Filliuc. *in quæſt. moral. tom.1. tract.3. cap.4. numero 66. & 74.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib.2. cap.10. num.7. & 10.* Hurtado *d. tract. de Extrema vnctione diffic.3.*

3. *β Vngentes eum oleo,* &c. ] Vnctionem ſaltem quinque ſenſuum factam à Sacerdote eſſe materiam proximam huius Sacramenti, docent S. Thom. *in 4. diſt.23. quæſt.2. art.3.* Ægid. de ConincK *de Sacram. tom.2. diſp.19. dub.3. num.12.* Zambran. *d. cap.5. in princip. num.3.* Bonacina *d. puncto 2. num.9.* Ego ipſe *d. cap.22. num.27.* vbi *num.28.* aduerto in illis vngendis non eſſe neceſſarium ordinem neceſſitate Sacramẽti, quia mutato ordine adhuc completa manet ſignificatio, & *num.31.* quòd ſi ægrotus manibus careat, vngenda eſt caro propinqua: ſi oculis careat, locus oculorum vngi debet, & *nu 33. & 34.* quòd in caſu neceſſitatis, quando periculum eſt in mora, ſine culpa poterit vna auris, vel vna manus inungi, & quòd tunc cauſa celebrandi propter periculum inſtantis mortis vnctiones ſine cruce fieri nihil obſtat.

4. *γ Materiam eſſe oleum ab Epiſcopo benedictum.* ] Vide Sayr. *de Sacrament. in genere libro 1. cap.3. quæſt. vnic. art.3. §. de Sacramentis, verſ. de Extrema vnctione,* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.1. verb. Extrema vnctio §.1.* Petr. de Ledeſma

in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in ſumma part. 2. de Sacram. vbi de Extrema vnct. cap. 2. Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 2. cap. 9. verſ. quotieſcunque, in fine. Valer. Reginald. d. lib. 28. num. 50. cum ſeqq. Ægid. de ConincK d. diſput. 29. à num. 5. Bonacina d. quaſt. vnica puncto 2. num. 2. Fernandez. d. §. 1. num. 2. Vincent. Filliuc. in quaſt. moralibus tract. 3. cap. 4. Zambran. de Extrema vnctione cap. 5. in princ. num. 3. Torreblanca d. lib. 2. cap. 10. num. 11. cum ſeqq. Hurtado d. tract. de Extrem. vnct. diffic. 5. metipſum de officio, & poteſtate Epiſcopi p. 2. alleg. 31. num. 13. & de officio, & poteſt. Parochi cap. 22. num. 24. cum ſeqq.

5. Vtrùm Sacerdos ſimplex ex commiſſione Papæ poſſit oleum, & Chriſma conſecrare, ſeu benedicere? vide Sot. in 4. diſt. 23. q. 1. Caiet. in 3. p. q. 72. art. 3. Fuſc. de viſit. lib. 1. cap. 6. num. 7. Viuald. in candel. aureo, vbi de Extrema vnct. tit. de materia num. 4. Henriq. lib. 3. cap. 8. §. 2. Barth. ab Ang. dial. 3. §. 98. Fernand. d. §. 1. num. 2. in fine. Zambran. de caſibus in art. mortis cap. 5. num. 3. Bonacina d. puncto 2. num. 3. vbi ait affirmatiuam ſententiam probabilem ſibi videri, & num. 4. reſoluit oleum oliuarum eſſe materiam ſufficientem huius Sacramenti, etiamſi benedictum ſit ab Epiſcopo alia benedictione, quàm benedictione conſueta ab Eccleſia, & num. 5. aſſerit non eſſe validum Sacramentum Extremæ vnctionis, ſi aliud oleum per errorem adhibeatur, præter oleum infirmorum, refero ego ipſe d. alleg. 31. num. 16. & d. cap. 22. nu. 24.

6. Non videri à peccato excuſandum Parochum ſi oleũ alterius anni adhibeat, reſoluunt Bonacina d. quaſt. vnica puncto 2. num. 6. Vgolin. de officio, Epiſcopi cap. 7. §. 2. num. 1. Poſſeuin. de officio Curati cap. 9. num. 1. Ludouic. à S. Ioanne de adminiſtr. Sacrament. art. 5. de Extrema vnctione num. 1. Torreblanca d. lib. 2. cap. 10. num. 16. quia debet eſſe benedictum eo anno, vt præcipitur in cap. litteris, de conſecrat. diſt. 3. niſi neceſſitas aliud ſuaderet, tunc enim poſſe Parochum vetere oleo morituros vngere, donec nouũ ipſi ab Epiſcopo tranſmiſſum fuerit, reſoluunt Zambrã. d. cap. 5. dubit. 4. num. 15. Vgolin. d. §. 2. num. 2. Paul. Layman. in Theolog. morali lib. 5. tract. 8. cap. 2. num. 4. vbi aduertit quòd ſi aduentante nouo ex veteri aliquid remãſerit in lampadibus Eccleſiæ, quæ ante venerabile Sacramentum ſunt, ponendum eſt vt comburatur, refero Ego ipſe d. cap. 22. num. 25.

7. Parochum eo caſu, quo oleum conſecratum creditur nõ ſufficere pro toto anno, licite poſſe ei miſcere oleum non conſecratum, quando timet fore vt oleum conſecratum non ſufficiat, modò quod additur ſit minoris quantitatis conſecrato, argum. cap. quod in dubijs, de conſecrat. Eccleſ. reſoluunt Fuſc. de Viſitat. lib. 1. cap. 6. num. 10. Poſſeuin. d. cap. 9. num. 2. Bonacin. d. puncto 2. num. 8. Ego ipſe d. alleg. 31. num. 17. & d. cap. 22. num. 26. Ludouic. à S. Ioanne d. loco num. 2. Zambran. d. c. 5. dub. 5. Torreblanca d. lib. 2. cap. 10. num. 17.

8. Oleum ſanctum à quouis Epiſcopo recipiunt Fratres Cruciferi, Vrbanus III. conſt. 1. incip. Cùm anteceſſor. 7. Kal. Aprilis 1137.

9. Oleum ſanctum pro adminiſtranda Extrema Vnctione ſuis Fratribus Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo per Archiepiſcopos, & Epiſcopos exhiberi iuſſit Clemens VIII. conſtit. 57. incip. Exponi. 24. Martij 1599.

10. Oleum ſanctum permittere debet Epiſcopus quòd Regulares teneant in eorum Eccleſijs pro ipſorum vſu dumtaxat, Aldan. in compendio canon. reſolut. lib. 1. tit. 8. num. 10. vbi refert deciſum in S. Congreg. Epiſcop. & Regul. in Æſina 13. Iulij 1589.

11. Olea ſacra poſſunt ab Epiſcopo benedici, & conſecrari etiam in alia Eccleſia ſi à Cathedrali abſuerit, idẽ Aldan. d. titul. 8. num. 11. vbi ait reſolutum à S. Rit. Cong. in Oriolen. 17. Nouemb. 1600.

12. Olea ſacra quotannis ab Epiſcopo confici, & ſuæ diœceſis Presbyteris diſtribui debent, crematis veteribus, & vetera non poſſunt adhiberi, poſtquam noua ſunt cõſecrata, Aldan. d. tit. 8. n. 12. vbi aſſerit deciſum in S. Congreg. Rit. in Cepten. 7. Septembris 1601.

13. Oleorum ſacrorum conſecratio debet fieri omnino iuxta formam Pontificalis, & Canonici ſupplere debẽt, ſi numerus ſufficiens Presbyterorum non adſit præter Canonicos, Aldan. d. tit. 8. num. 13. vbi ait ſic fuiſſe reſolutum ab eadem S. Rit. Congr. in Lauretana 9. Maij 1606.

14. Olea ſacra ex cauſa neceſſitatis poſſunt confici ab Epiſcopo cum minori numero Sacerdotum quàm præſcribitur in Pontificali, Aldan. d. tit. 8. num. 14. referens ita fuiſſe deciſum ab eadem S. Congreg. Rit. in Curien. 21. Auguſti 1604. & in Naxien. 12. Martij 1616.

15. Oleum ſanctum debet aſſeruari in Cathedrali, & ab eius dignitatibus diſpenſari alijs Eccleſijs, Aldan. d. titul. 8. num. 18. vbi atteſtatur ita reſolutum ab eadem S. Congreg. in Tuſcanen. 19. Auguſti 1619.

16. δ Formam deinceps eſſe illa verba, &c. ] Vide Henriq. in ſumma lib. 3. cap. 8. §. 3. Sayr. de Sacrament. in genere lib. 1. cap. 3. art. 5. verſ. in Extrema vnctione, Ægid. de ConincK d. diſput. 19. à num. 13. Valer. Reginald. d. lib. 28. à num. 54. Petr. de Ledeſma in ſumma part. 1. de Sacrament. vbi de Sacrament. Extremæ Vnctionis, cap. 3. Bonacina d. quaſt. vnica puncto 3. ſub rub. Quanam ſit forma Sacramenti Extremæ Vnctionis, Fernandez d. §. 1. num. 4. & 5. Soar. tomo 4. de pœnit. diſput. 40. ſect. 3. Molfeſ. in ſumma Theolog. moral. tract. 4. cap. 3. num. 27. Paul. Layman. in Theolog. morali, lib. 5. tract. 8. cap. 3. metipſum de officio, & poteſtate Parochi cap. 22. num. 35. Torreblanca de iure ſpirit. lib. 2. cap. 11. num. 25. Hurtado d. tract. de Extrema Vnctione diffic. 7.

17. Vbi autem periculum fuerit in mora, vel morbus eſſet contagioſus, puta tempore peſtis, credunt infrà citandi ſatis eſſe ſi vngatur organum ſenſus magis obuiũ, dicendo, Per iſtam ſanctam vnctionem, & pijſſimam ſuam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per viſum, auditum, odoratum, guſtum, tactum, & greſſum. Ita Soar. d. tom. 4. diſput. 41. ſect. 2. Victorel. de Extrema vnctione. §. de ſingulis vnctionibus, Ægid. de ConincK d. diſput. 19. dub. 5. Poſſeuin. d. cap. 9. num. 19. Bonacina d. quæſt. vnica puncto 3. num. 5. Capeauille de modo adminiſtrandi Sacramenta tempore peſtis cap. 5. q. 30. Paul. Layman. d. cap. 3. verſ. ſecundò, Ego ipſe d. num. 35.

---

## *De effectu Sacramenti Extremæ Vnctionis.*

## CAPVT II.

1 *Doctores de effectu Sacramenti Extremæ vnctionis agentes,*

2 *Sacramentum Extremæ vnctionis impedit ſuum effectum in vltima vnctione.*

3 *Primarius huius Sacramenti effectus tollere reliquias præcedentium peccatorum.*

4 *Huius Sacramenti effectus eſt ſanitas corporis.*

a Iacob. 5. Ibidem.
b Infrà can. 2. de Sacram. extremæ Vnctio.
Geneſ. 3.

RES porrò, & effectus huius Sacramenti illis verbis explicatur: Et [a] oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, &, ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. [b] res etenim hæc gratia eſt Spiritus ſancti, cuius Vnctio delicta, ſi quæ ſint adhuc expianda, α ac peccati reliquias abſtergit, & ægroti animam alleuiat, & confirmat magnam in eo diuinæ miſericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus ſubleuatur, β & morbi incommoda, ac labores, leuius fert, & tentationibus Dæmonis, calcaneo inſidiantis, facilius reſiſtit, & ſanitatem corporis interdum, vbi ſaluti animæ expedierit, conſequitur.

Vide

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

1. VIde Henriq. *in ſumma lib. 3. cap. 9.* Franc. de Pitigian. *diſt. 23. quæſt. vnica art. 8.* Petrum de Ledeſma *in ſumma par. 1. de Sacrament.* vbi de Sacramento Extremæ vnctionis *cap. 4.* Soar. *tom. 4. de pœnit. diſput. 41. ſect. 1.* Sayr. *de Sacrament. in genere, lib. 5. cap. 1. quæſt. vnico, art. 2. verſ. de Sacrament. Extrema vnct.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. tom. 2. diſput. 19. num. 16. cum ſeqq.* Bonacin. *in ſimili tract. diſput. 7. quæſt. vnica, puncto 6. à num. 1.* Fernandez *in examine Theolog. moralis part. 3. cap. 10. §. 1. num. 10.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini part. 2. lib. 6. cap. 2.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moral. tract. 3. c. 6. num. 117. cum ſeqq.* Ioan. Sanci. *in ſelect. diſp. 27. num. 16.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. cap. 12. num. 30. cum ſeqq.* Hurtado *de Sacram. tract. de Extrem. vnct. diffic. 8.*

2. Sacramentum Extremæ Vnctionis impendere ſuum effectum in vltima vnctionis virtute omnium præcedentium, reſoluunt Sot. *in 4. diſt. 23. quæſt. 1. art. 1.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 19. q. 5. in fine.* Ægid. de ConincK *d. diſput. 19. dub. 6.* Bonacin. *d. puncto 6. num. 2.*

3. *a Ac peccati reliquias abſtergit.* ] Primarium huius Sacramenti effectum eſſe, tollere reliquias præcedentium peccatorum tam originalis, quàm actualium, mortalium, & venialium, tenent per hunc text. Ægid. de ConincK *d. diſput. 19. dub. 5. num. 17.* Torreblanca *d. lib. 2. cap. 11. num. 31.* latè Hurtado *d. tract. de Extrema vnct. diffic. 8.*

4. *β Et morbi incommoda, ac labores, &c.* ] Sanitatem corporis eſſe huius Sacramenti effectum & rem, explicat Ioan. de Lugo *de Sacrament. in genere diſput. 2. ſect. 8. num. 166.* proindeque conferre ſalutem corporalem quando expedit, tradunt Valent. *tom. 4. diſput. 8. quæſt. 1. puncto 3.* Suar. *part. 3. tom. 4. diſput. 41. ſect. 3. ex num. 1.* Torreblanca *d. lib. 2. c. 11. num. 32.*

---

*De Miniſtro Sacramenti Extremæ Vnctionis, & tempore, quo dari debeat.*

## CAPVT III.

1 *Miniſtri proprij Extremæ vnctionis ſunt Eccleſiæ Presbyteri.*

2 *Regulares Sacerdotes, qui Extremam vnctionem ſine proprij parochialis Presbyteri ſpeciali licentia miniſtrauerint, ipſo iure excommunicationem incurrunt Sedi Apoſt. ſpecialiter reſeruatam.*

3 *Regulares poſſunt Extremam vnctionē toties quoties opus fuerit, miniſtrare omnibus & ſingulis Fratribus profeſſis, conuerſis, oblatis, donatis, nouitijs, & ſeruitoribus ſecularibus.*

4 *Excommunicationem* Clem. 1. de priuileg. *non incurrunt Religioſi adminiſtrantes cum ratihabitione parochi, vel in caſu neceſſitatis ipſo abſente.*

5 *Sacerdotes plures ſimul cum Curato eodem tempore poſſunt Extremam vnctionem dare.*

6 *Extrema vnctio illis infirmis præſertim adhibenda, qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ conſtituti videantur.*

7 *Extrema vnctio vt exhibeatur non eſt expectandus articulus, quo infirmus omni prorſus ſenſu careat.*

8 *Extremæ vnctionis Sacramentum iterari poteſt ſtatu infirmitatis mutato.*

IAm verò, quod attinet ad præſcriptionem eorum, qui & ſuſcipere, & miniſtrare hoc Sacramentum debent, haud obſcurè fuit illud etiam in verbis prædictis traditum, nam & oſtenditur illic, proprios huius Sacramenti miniſtros eſſe Eccleſiæ Presbyteros. quo nomine, eo loco, non ætate ſeniores, aut primores in populo intelligendi veniunt, ſed [a] aut Epiſcopi, aut Sacerdotes, ab ipſis ritè ordinati, [b] per impoſitionem manuum presbyterij. Declaratur etiam, eſſe hanc Vnctionem *α infirmis adhibendam*, illis verò præſertim, qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ conſtituti videantur, vnde & Sacramentum exeuntium nuncupatur. Quod ſi infirmi poſt ſuſceptam hanc Vnctionem conualuerint, *β iterum huius Sacramenti ſubſidio*, iuuari poterunt, cum in aliud ſimile vitæ diſcrimen inciderint. Quare nulla ratione audiendi ſunt, qui contra tam apertam, & dilucidam Apoſtoli Iacobi ſententiam docent, hanc Vnctionem vel figmentum eſſe humanum, vel ritum à Patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promiſſionem gratiæ habentem, & qui illam iam ceſſaſſe aſſerunt, quaſi ad gratiam curationum dumtaxat in primitiua Eccleſia referenda eſſet, & qui dicunt, ritum, & vſum quem ſancta Romana Eccleſia in huius Sacramenti adminiſtratione obſeruat, [c] Iacobi Apoſt. ſententiæ repugnare, atque ideo in alium commutandum eſſe, & denique qui hanc extremam Vnctionem à fidelibus ſine peccato contemni poſſe affirmant. hæc enim omnia manifeſtiſſimè pugnant cum perſpicuis tanti Apoſt. verbis. [d] Nec profectò Eccleſia Romana, aliarum omnium mater, & magiſtra, aliud in hac adminiſtranda Vnctione quantum ad ea, quæ huius Sacramenti ſubſtantiam perficiunt, obſeruat, quàm quod beatus Iacobus præſcripſit. Nec verò tanti Sacramenti contemptus abſque ingenti ſcelere, & ipſius Spiritus ſancti iniuria eſſe poſſet.

Hæc ſunt quæ de pœnitentia, & Extremæ Vnctionis Sacramentis hæc ſancta œcumenica Synodus profitetur, & docet, atque omnibus Chriſti fidelibus credenda, & tenenda proponit. Sequentes autē canones inuiolabiliter ſeruandos eſſe tradit, & aſſerentes contrarium perpetuò damnat, & anathematizat.

a Cap. illud ſuperfluum 95. diſt. & infra cano. vlt.
b 1. Tit. 4. Iacob. 5.
c Infrà can. 3. de Sacrament. Extr. vnct.
d Cap. non lic. 12. diſt. c. 2. in fin. de ſumma Trinit. & cap. fin. de foro compet.

1. EXtremæ Vnctionis proprios miniſtros eſſe Eccleſiæ Presbyteros, per hunc text. aſſerunt Cardin. Bellarm. *in controuerſ. Catholic. tom. 3. lib. de Extrema vnctione cap. 9. in princip.* Soar. *tom. 4. diſput. 43.* Henriq. *in ſumma lib. 3. cap. 13. §. 2.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom 3. quæſt. 79. art. 1.* Sayr. *de Sacrament. in genere lib. 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 2. verſ. de Sacramentis, in med.* Petr. de Ledeſma *in ſumma part. 1. de Sacrament.* vbi de Sacramento Extremæ vnctionis, *capit. 5.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Extrema vnctio. §. 2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 28. à num. 60.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſput. 19. à num. 27.* Bonacin. etiam *de Sacrament. diſput 7. quæſt. vnica, puncto 4. à num. 1.* Fernandez *in examine Theolog. moralis part. 3. cap. 10. §. 1. num. 8.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tomo 1. tract. 4. quæſtione 53.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract. 4. cap. 3. num. 32.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moralibus tract. 3. cap. 5. num. 87.* Paul. Layman *in Theologia morali lib. 5. tractat. 8. cap. 6. à num. 1.* Zambran. *de caſibus in articulo mortis cap. 5. dub. 8. num. 2.* Ludouic. à S. Ioanne *de adminiſtrat. Sacrament. artic. 5. de Extrema vnctione num. 22.* Torreblanca *de iure ſpirituali lib. 2. cap. 11. num. 26. cum ſeqq.* Hurtado *de Sacrament. tractat. de Extrema vnct. diffic. 12.* Hieron. Roder. *in compendio quæſt. regul. reſolut. 141. à num. 1.* Tamburin. *de iure*

*iure Abbatum, tom.2. diſput.7. quæſt.2.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Parochi cap.22. à princip.* qui ferè omnes numeris immediatè ſeqq. reſoluunt non poſſe Presbyteros hoc Sacramentum adminiſtrare niſi habeant iuriſdictionem, & ab Eccleſia non impediantur, ac propterea grauiter peccare qui non eſt proprius Sacerdos, aut Parochus, vel qui facultatem non habet à proprio Parocho, ſi hoc Sacramentum adminiſtrauerit, quia hoc ad proprij Paſtoris pertinet officium, & nullus mittere debet falcem in meſſem alienam, ſibique alienam iuriſdictionem vſurpare.

2. Regulares autem Sacerdotes, qui clericis, ſecularibus, ſiue laicis Sacramentum hoc ſine proprij parochialis Presbyteri ſpeciali licentia miniſtrauerint, ipſo iure excommunicationem incurrere Sedi Apoſt. ſpecialiter reſeruatam probat text. *in Clement.1. de priuileg.* & ex illa colligunt Henriq. *in ſumm. lib.13. cap.40. §.4. littera N.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.2. quæſt. 60. art. 2. verſic. decima,* Zerol. *d. verb. Extrema vnctio. §.2.* Azor. *inſtit. moral. part.1. lib.12. cap.13. quæſt.5. verſ. primum,* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.1. quæſt.44.* Ludouic. Miranda *in man. Prælator. tom.1. quæſt.46. art.1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut.210. verſic. duodecimo,* Laçana *in ſumm. quæſtionum Regular. cap.9. num.31. & cap.21. num.10.* Bonacin. *d. puncto 4. num.6.* Ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi part.3. allegat.50. num.96.* ſecundùm Lugdunen. impreſſ. *& de offic. & poteſt. Parochi c.22. num. 3.*

3. Omnibus tamen, & ſingulis Fratribus profeſſis, conuerſis, oblatis, donatis, nouitijs, & ſeruitoribus ſecularibus, aut pauperibus in hoſpitalibus ſuis degentibus, poſſe ipſos Regulares Sacramentum hoc toties, quoties neceſſarium fuerit, miniſtrare abſque alicuius pœnæ incurſu, conceſſit Eugenius IV. Fratribus Minoribus, referunt Ludouic. Miranda *d. art.1. verſ. ſed pro,* Portel. *in dubijs regul. verb. famuli, ſeu familiares, num.1.* Tambur. *d. diſput. 7. q.3. in princip.* Hieron. Roder. *in compendio quæſt. regul. reſol.64. num.1,* Ego ipſe *d. cap.22. num.4.*

4. Excommunicationem *dictæ Clement.1. de priuileg.* non incurrere Religioſos adminiſtrantes cum ratihabitatione Parochi, vel in caſu neceſſitatis ipſo abſente, reſoluunt plures citati à Bonacin. *d. quæſt. vnica, puncto 4. num.6.* quibus addo Fr. Ludouic. Miranda *d. quæſtione 49. art.2. concluſ. vnic. in princip.* Suar. *tom.4. de Relig. tract.10. lib.9. cap.4. num.9.* Tamburin. *d. diſput.7. quæſt.2.* Poſſe enim quemcunque alium Sacerdotem non excommunicatum, aut ſuſpenſum licitè adminiſtrare hoc Sacramentum ſi Parochus adſit, vel non poſſit, aut per manifeſtam iniuriam nolit hoc Sacramentum miniſtrare, ex interpretatiua, ſeu præſumpta Epiſcopi, vel Papæ licentia, ſi pro ea petenda Superior adiri nequeat, tenent Henriq. *d. lib.3. c.13. § 4.* Soar. *tom.4. de pœnitent. diſput.44. ſect.2.* Ægid. de Coninck *d. diſput.19. num.9,* Fernandez *d. §.1. num.8. prope fin.* Zambran. *de caſibus in articulo mortis, cap.5. dub.8.*

Plures Sacerdotes ſimul cum Curato eodem tempore poſſe Extremam vnctionem dare, itaut vnus vnum ſenſum vngat, itidem prolata forma partiali, aſſerunt Valer. Reginald *d. lib.28. num.62.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Extrema Vnctio habet,* Ægid. de Coninck *d. diſput.19. dub.9.* Poſſeuin. *de officio curati cap.9. ſub num.8.* Bonacin. *d. puncto 4. nu.7.* vbi ſubdit hoc non eſſe faciendum ſine neceſſitate, alias incurri peccatum mortale, Ludouic. à S. Ioanne *d. loco num.7.* 5.

*α Infirmis adhibendam, &c.*] Vide Henriq. *d. lib.3. cap.11. à princip.* Zerol. *d. verb. Extrema vnctio §.3. & de ſacram. Pœnit. cap.15. q.7. verſ. dico ſecundò,* Galet. *in margarita caſuum conſcient. eod. verb. Extrema vnctio num.1.* Poſſeuin. *d. cap.9. num.4. in princip.* Ægid. de Coninck *d. diſput.19. dub.7.* Ludouic. Miranda *d. q.49. art.2. concluſ.2.* Ludouic. à S. Ioanne *d. artic.5. à num.5.* Hurtado *d. tract. de Extrema vnct. diffic.10.* Fr. Emman. *dicta quæſt.79. art.2.* Bonacin. *d. quæſt. vnica puncto 5. num.1.* vbi *num.6.* ſubdit parochum adminiſtrare debere hoc Sacramentum cùm viderit hominem eſſe morti proximum ob peſtem, ob tactum viperæ, vel ob rabidum morſum, & addit Chapeauille *in tract. de modo adminiſtrandi Sacramenta tempore peſtis, cap.5. quæſt.11.* Sacramentum hoc ſub conditione poſſe adminiſtrari, quamuis etiam adhibito medicorum iudicio probabiliter dubitetur, an homo peſte infectus, & conſequenter in periculo mortis ſit, necne? de quo Ego ipſe *d. cap.22. num.22. & ſeq.* 6.

Ad exhibendum tamen hoc Sacramentum non eſſe expectandum articulum, quo infirmus omni prorſus ſenſu careat, aut quo omnino ipſius deſperata ſit ſalus, aduertunt Nald. *in ſumm. verb. Extrema vnctio num.1.* Ægid. de Coninck *d. diſput.19. dub.7. num.24.* Poſſeuin. *d. cap.9. num.5.* Ludouic. Miranda *d. quæſt.49. art.2. concl.3.* Bonacin. *d. puncto 5. num.7.* Nec eſſe neceſſarium vt infirmus in lecto iaceat; quia etiam extra lectum inungi poſſe, v.g. peſte infectum, hydropicum, & phthiſicum, reſoluunt Henriq. *d. lib.3. cap.11. §.1.* Zambran. *d. cap.5. dub 3.* Senes quoque, qui in ſenectute deficiunt, abſque alia infirmitate inungi poſſe, tenent Bonacin. *d. puncto 5. num.6. in princip.* Valer. Reginald. *d. lib.28. num.69.* Ludouic. Miranda *d. quæſt.49. artic.2. concluſ.8.* vbi idem dicit de mulieribus in partu iamiam deficientibus, & ſimilibus. 7.

*β Iterum huius Sacramenti ſubſidio, &c.*] Vide Victor. *in ſum. num.224.* Henriq. *d. lib.3. c.8. §.4.* Soar. *tom.4. de pœnit. diſp.40. in fine,* Fr. Emman. *d. q.79. art.4.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p.1. de Sacram.* vbi de Sacram. Extremæ vnctionis, *c.8.* Ægid. de Coninck *d. diſp.19. à num.26.* Valer. Reginald. *d. lib.28. num.49.* Bonacin. *d. quæſt. vnic. puncto 6. num.4.* Poſſeuin. *d. c.9. num.18.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moralis tract.4. c.3. n.55.* Paul. Layman *d. c.4. n.5.* metipſum *de officio. & poteſt. Parochi, c.22. nu.38.* Torreblanca *d. lib.2. c.11. n.41.* 8.

---

## De Sanctiſſimo Pœnitentiæ Sacramento.

1 *Pœnitentia eſt verè & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties poſt Baptiſmum in peccata labuntur.*

2 *Baptiſmus, & Pœnitentia Sacramenta duo diſtincta ſunt.*

3 *Pœnitentia vocatur ſecunda poſt naufragiũ tabula.*

4 *Verba Domini,* Accipite Spiritum ſanctum, &c. *intelliguntur de poteſtate remittendi, & retinendi peccata in Sacramento Pœnitentiæ.*

5 *Actus tres in pœnitente requiruntur quaſi materia Sacramenti Pœnitentiæ, videlicet contritio, confeſſio, & ſatisfactio.*

6 *Contritio bona ex quibus non eliciatur.*

7 *Confeſſio ſacramentalis inſtituta & ad ſalutem neceſſaria eſt iure diuino, & modus ſecretè confitendi eſt à Chriſto inſtitutus.*

8 *In Sacramento Pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum neceſſarium eſt iure diuino confiteri omnia & ſingula peccata.*

9 *Integritas confeſſionis.*

10 *Peccata omnia mortalia poſt Baptiſmum commiſſa neceſſariò explicanda ſunt in confeſſione.*

11 *Circunſtantiæ quæ peccati ſpeciem mutent.*

12 *Confeſſio omnium peccatorum non eſt impoſſibilis, ſed ad eam tenentur omnes & ſinguli Chriſti fideles ſemel in anno.*

13 *Abſolutio ſacramentalis Sacerdotis eſt actus iudicialis, non nudum miniſterium.*

14 *Sacerdotes in peccato mort. exiſtentes ligandi & ſoluendi poteſtatem habent.*

15 *Sacerdotes ſoli ſunt miniſtri abſolutionis.*

16 *Epiſcopus habet ius reſeruandi caſus, & caſuũ re-*

ſeruatio

*ſeruatio prohibet quominus Sacerdos à reſeruatis verè abſoluat.*

17 *Per pænitentiam non deletur ſemper tota culpa, & ſimul tota pæna.*

18 *Pro peccatis quoad pænam temporalem Deo per Chriſti merita ſatisfit pænis ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à Sacerdote iniunctis.*

19 *Satisfactionibus pęnitentes per Chriſtum Ieſum peccata redimunt.*

20 *Claues Eccleſię datę ſunt ad ſoluendũ, & ligandum.*

## α CANON I.

SI quis dixerit, in Catholica Eccleſia [a] Pœnitentiam non eſſe verè, & propriè Sacramentum, pro fidelibus quoties poſt Baptiſmum in peccata labuntur ipſi Deo reconciliandus, à Chriſto, Domino noſtro inſtitutum: anathema ſit.

a Suprà c. 1. de pęnit.

## β CANON II.

Si quis Sacramenta confundens, [b] ipſum Baptiſmum Pœnitentiæ Sacramentum eſſe dixerit, quaſi hæc duo Sacramenta diſtincta non ſint, atque ideo Pœnitentiam non rectè ſecundam [c] poſt naufragium tabulam appellari: anathema ſit.

b Suprà c. 2.
c Cap. 2. poſt naufragium. de pęn. diſt. 1.

## γ CANON III.

Si quis dixerit, verba illa Domini [d] Saluatoris: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi, & retinendi peccata in Sacramento Pœnitentiæ, ſicut Eccleſia Catholica ab initio ſemper intellexit, detorſerit autem contra inſtitutionem huius Sacramenti, ad auctoritatem prædicandi Euangelium, anathema ſit.

d Ioan. 20. Matth. 6. ſuprà cap. 1. & in ſeſſ. de iuſtificat. cap. 14.

## δ CANON IV.

Si quis negauerit, [e] ad integram, & perfectam peccatorum remiſſionem requiri tres actus in pœnitente, quaſi materiam Sacramenti Pænitentiæ, videlicet, Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem, quæ tres Pænitentiæ partes dicuntur, aut dixerit, duas tantum eſſe Pęnitentiæ partes, terrores ſcilicet incuſſos conſcientiæ, agnito peccato, & fidem conceptam ex Euangelio, vel abſolutione, qua credit quis ſibi per Chriſtum remiſſa peccata, anathema ſit.

e Suprà c. 3. de pœnit.

## ε CANON V.

Si quis dixerit, [f] eam Contritionem, quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem & deteſtationem peccatorum, qua [g] quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum ſuorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incurſum, cum propoſito melioris vitæ, non verum & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, ſed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, demum illam eſſe dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium anathema ſit.

f Suprà c. 4. de pœnit.
g Iſaiæ 38.

## ζ CANON VI.

Si quis negauerit [h] Confeſſionem ſacramentalem vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam eſſe iure diuino, aut dixerit, modũ ſecretè confitendi ſoli Sacerdoti, quem Eccleſia Catholica ab initio ſemper obſeruauit, & obſeruat, alienum eſſe ab inſtitutione, & mandato Chriſti, & inuentum eſſe humanum, anathema ſit.

h Suprà 5. de pęnitent. Clemens 1. in epiſt. 1. ad Iacobum. Concil. Cabilon. c. 8.

## η CANON VII.

Si quis dixerit, [i] in Sacramento Pęnitentiæ ad remiſſionem peccatorum neceſſarium non eſſe iure diuino, confiteri omnia & ſingula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ ſunt contra duo vltima Decalogi præcepta, & circumſtantias, quæ peccati ſpeciem mutant: ſed eam Confeſſionem tantùm eſſe vtilem ad erudiendum, & conſolandum Pęnitentem, & olim obſeruatam fuiſſe tantùm ad ſatisfactionem canonicam imponendam: aut dixerit, quos omnia peccata confiteri ſtudent, nihil relinquere velle diuinæ miſericordiæ ignoſcendum: aut demum, non licere confiteri peccata venialia, anathema ſit.

i Suprà c. 1.
Deut. 5.

## θ CANON VIII.

Si quis dixerit, Confeſſionem omnium peccatorum, qualem Eccleſia ſeruat, [k] eſſe impoſſibilem, & traditionem humanam, à pijs abolendam: aut ad eam non teneri omnes, & ſingulos, vtriuſque ſexus, Chriſti fideles, iuxta magni Concilij [l] Lateranenſis conſtitutionem, ſemel in anno, & ob id ſuadendum eſſe Chriſti fidelibus, vt non confiteantur tempore Quadrageſimæ, anathema ſit.

k Suprà c. 5.
l Concil. Lat. ſub Innoc. 3. c. 21. & c. omnis vtriuſque. de pęn. & remiſſ.

## ι CANON IX.

Si quis dixerit, [m] Abſolutionem ſacramentalem Sacerdotis non eſſe actum iudicialem, ſed nudum miniſterium pronunciandi, & declarandi remiſſa eſſe peccata confitenti: modò tantùm credat, ſe eſſe abſolutum: aut Sacerdos non ſerio, ſed ioco abſoluat: aut dixerit, non requiri Confeſſionem pęnitentis, vt Sacerdos eum abſoluere poſſit, anathema ſit.

m Suprà c. 6. in fin. de iuſtific.

## κ CANON X.

Si quis dixerit Sacerdotes, qui in [n] peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi, & ſoluendi non habere, aut non ſolos Sacerdotes eſſe miniſtros abſolutionis, ſed omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus eſſe dictum: [o] Quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cęlo: & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cęlo: & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueris, retenta ſunt: quorum verborum virtute quilibet abſoluere poſſit peccata, publica quidem per correptionem duntaxat, ſi correptus acquieuerit, ſecreta verò per ſpontaneam confeſſionem, anathema ſit.

n Sup. c. 1. & 9. de pœn.
o Matth. 16. & 18. Ioan. 20.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

### λ CANON XI.

p Suprà c. 8. c. ſi Epiſc. de pœnit. in 6. c. de cætero. & c. de monialibus. de ſent. excom. cum ſimil.

Si quis, dixerit, Epiſcopos non habere ius [p] reſeruandi ſibi caſus, niſi quo ad externam politiam, atque ideò caſuum reſeruationem non prohibere, quo minus Sacerdos à reſeruatis verè abſoluat, anathema ſit.

### μ CANON XII.

q Suprà c. 8. de pœnit.

Si quis dixerit, totam pœnam ſimul cum [q] culpa remitti ſemper à Deo, ſatisfactionemque pœnitentium non eſſe aliam, quam fidem, qua apprehendunt Chriſtum pro eis ſatisfeciſſe, anathema ſit.

### ν CANON XIII.

r Suprà c. 8. & 9.

Si quis dixerit, pro [r] peccatis, quo ad pœnam temporalem, minimè Deo per Chriſti merita ſatisfieri pœnis, ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à Sacerdote iniunctis, ſed neque ſponte ſuſceptis, vt ieiunijs, orationibus, eleemoſynis, vel alijs etiam pietatis operibus, atque ideò optimam pœnitentiam eſſe tantùm nouam vitam, anathema ſit.

### ξ CANON XIV.

ſ Suprà c. 5.

Si quis dixerit, [ſ] ſatisfactiones, quibus pœnitentes per Chriſtum Ieſum peccata redimunt, non eſſe cultus Dei, ſed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atque ipſum beneficium mortis Chriſti obſcurantes, anathema ſit.

### ο CANON XV.

t Suprà c. 1. & c. 8. in fin. de pœnit.

Si quis dixerit, Claues Eccleſiæ eſſe [t] datas tantum ad ſoluendum, non etiam ad ligandum: & propterea Sacerdotes, dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem Clauium, & contra inſtitutionem Chriſti: & fictionem eſſe, quod virtute Clauium, ſublata pœna æterna, pœna temporalis plerumque exoluenda remaneat, anathema ſit.

1. α CANON I.] Vide Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept. 2. lib. 2. c. 1. num. 2. & 20.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. de Pœnit. lib. 2. quæſt. 1. cum ſeqq.* Sayr. *de Sacramentis in genere lib. 6. cap. 4. quæſt. 1. verſ. pœnitentiæ*, dum ait ſacramentum Pœnitentiæ neceſſarium eſſe ſolùm his, qui peccauerunt mortaliter poſt Baptiſmum, Bonacina *de Sacram. diſp. 5. q. 3. punct. 1. num. 4.* dum poſt alios reſoluit peccatum tam originale, quàm actuale ante Baptiſmum commiſſum nõ eſſe materiam neceſſariam, & ſufficientem ſacramenti Pœnitentiæ. Ioann. de Lugo *de Sacram. tract. de Pœnit. diſp. 16. ſect. 1. num. 11.*

2. β CANON II.] Vide Iodoc. Cocc. *in theſauro Cathol. to. 2. lib. 7. art. 1.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarm. p. 2. lib. 5. cap. 1. poſt princip.* Molfeſ. *in ſum. Theologiæ moralis tract. 1. cap. 8. num. 27.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnit. lib. 2. quæſt. 10.*

3. Pænitentiam rectè vocari ſecundam poſt naufragium tabulam ex hoc can. colligunt Henriquez *in ſumm. lib. 1. cap. 4. §. 1. in med.* Sayr. *in claui regia lib. 10. cap. 4. num. 1.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 2. q. 11. & 12.*

4. γ CANON III.] Vide Sot. *in 4. diſt. 18. qu. 2. art. 1. col. mihi 20.* Vaſquez *in 3. part. tom. 2. q. 135. num. 29.* Ægid. de ConincK *de Sacram. tom. 2. diſput. 4. dub. 2. num. 16.* Bonacin. *in ſimili tract. diſp. 5. quæſt. 2. punct. 4. num. 2. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis tract. 7. cap. 14. num. 16.*

5. δ CANON IV.] Vide Sot. *in 4. diſt. 17. quæſt. 1. art. 2. col. 2.* Soar. *tomo 4. de Pœnitent. diſput. 18. ſect. 2.* Henriquez *in ſum. lib. 4. cap. 9. & 10.* Onuphr. *diſp. 3. de pœnit. ſect. 1. quæſt. 2.* Marcel. Megal *p. 1. inſtit. Confeſſ. lib. 2. cap. 7. & 8.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 3. num. 6.* Ægid. de ConincK *de Sacram. tom. 2. diſp. 4. dub. 4. num. 32.* Sayr. *de Sacramentis in genere, lib. 1. cap. 3. quæſt. vnic. art. 7. verſ. ad primũ,* Ioan. Sanc. *in ſelect. diſput. 26. num. 7.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. cap. 10. num. 60. cum ſeqq.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnitent. lib. 5. q. 5.* Fernandez *in examine Theologiæ moral. p. 3. cap. 8. §. 3.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tract. 7. cap. 3. num. 24. & cap. 4. num. 7.* vbi ait quòd hic vocatur quaſi materia, quia non eſt vera materia elementaris, eſt tamen loco illius, & ſic vera materia Sacramenti, Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept. 2. lib. 2. cap. 3. num. 6. & lib. 9. cap. 3. à num. 1.* Bonacina *d. diſput. 5. quæſt. 3. punct. 2. num. 1.* vbi cum alijs tenet materiam proximam ſacramenti Pœnitentiæ eſſe actus pœnitentis, videlicet contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, & *in verſ. reſpondeo primò,* cum Henriq. *d. cap. 10. §. 3. in commento lit. V.* particulam *quaſi,* non adhiberi in præſenti canone ad diminuendam proprietatem rei, ſicut & in illo loco Ioan. 1. *quaſi vnigenitus à patre.*

6. ε CANON V.] Vide Nauarr. *in commento de Iubilæo notab. 19. ad finem,* Iul. Lauor. *de Iubilæo, & Indulgent. part 1. cap. 14. à num. 67.* Molfeſ. *in ſum. Theolog. moral. tract. 7. cap. 2. num. 27.*

7. ζ CANON VI.] Vide Iodoc. Cocc. *in theſauro Catholico tom. 2. li. 7. art. 3.* Fernandez *in examine Theologiæ moral. p. 3. cap. 6. §. 4. nu. 11.* Doctores citatos *ad cap. 1. de Sacram. Pœnitentiæ.*

8. η CANON VII.] Vide Iodoc. Cocc. *in theſauro Catholico lib. 7. art. 3.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 19. n. 10.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moralib. tomo 1. tract. 7. num. 105.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept. 2. lib. 1. cap. 1. num. 1.* Layman. *in ſumma Theologiæ moral. lib. 5. tract. 6. cap. 3. num. 5.* Hurtado *de Sacramentis tract. de Pœnit. diſp. 9. diffic. 1.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnit. lib. 4. q. 61. & quæſt. 174.*

9. De integritate Confeſſionis, vide S. Thom. *p. 3. quæſt. 91.* vbi Vaſquez innumeros Patres, & Scholaſticos citat, Soar. *tomo 4. de Pœnitent. diſp. 22. & 23.* Marcel. Megal. *part. 1. inſtit. Sacerd. lib. 5. cap. 8. cum ſeqq.* Ioan. Maldon. *tomo 2. de Pœnitent. in controuerſ. de confeſſ. cap. 4. fol. 51. cum ſeqq.* latè Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moral. tract. 7. cap. 12. de integritate Confeſſ.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept. 1. lib. 3. cap. 3. & 4.*

10. Omnia, & ſingula peccata mortalia poſt Baptiſmum commiſſa neceſſariò explicanda eſſe in Confeſſione quoad numerum, quantũ moraliter fieri poteſt, docent S. Thom. *in 4. diſtinct. 47. quæſt. 3. art. 4.* Val. *tomo 4. diſp. 7. q. 11. pũcto 1. col. 4.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. part. 1. de Sacrament.* vbi de Sacramento Pœnit. *cap. 17. concluſ. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 6. num. 91. & 99.* Pitigian. *part. 2. diſt. 17. quæſt. vnica art. 6. concluſ. 1. & art. 11. concluſ. 1.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. tom. 2. diſp. 7. dub. 1. concluſ. 1.* Bonacin. *de Sacrament. diſp. 5. q. 5. ſect. 2. punct. 2. §. 3. diffic. 2. num. 1.* vbi *num. 2.* obſeruat non eſſe opus ſingula peccata ſigillatim ſucceſſiuè recenſere, ſed ſufficere vno verbo dicere numerum peccatorum vnius ſpeciei.

11. De circumſtantijs, quæ peccati ſpeciem mutant, vide Luc. Pinel. *de Pœnitent. tract. 2. de confeſſ. cap. 3.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. circumſtantia* Valent. *tom. 4. diſput. 7. quæſt. 11. puncto 1. aſſert. 2.* Nugn. *in addit. ad 3. p. quæſt. 9. art. 2. dub. 2. concl. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 6. num. 112.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 31.* Pitigian. *p. 2. diſt. 17. quæſt. vnica art. 5. concl. 1.* Bonacin. *de Sacrament. diſput. 5. quæſt. 5. ſect. 2. puncto 2. §. 3. diffic. 3. à num. 6. cum ſeqq.* Fernandez *in examine Theolog. moral. p. 3. cap. 6. §. 6. à num. 5.* Fagundez *d. præcept. 6. lib. 4. cap. 1.* Ioan. de Lugo *de Sacramentis in tract. de Pœnit. diſp. 16. num. 104. cum multis ſeqq.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. in tract. de Pœnitent. lib. 4. q. 76. cum ſeqq.*

12. θ CANON VIII.] Vide Soar. *tomo 4. de Pœnitent. diſput. 21. ſect. 3. n. 5. & 6.* Valent. *tom. 4. diſp. 7. q. 11. puncto 1. in fine,* Petr. de Ledeſma *in ſum. p. 1. de Sacram.* vbi de Pœnit. *cap. 8.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cap.8.concluſ.2.* Ægid. de ConincK *de Sarament. tom.2. diſp.6.num.1. cum ſeqq.* Vaſquez *tom. 4. in 3.part. quæſt.190. art.2.dub.1.* Megal.*p.1.inſtit.Confeſſ.lib.5.cap.3.nume. 6. cum ſeqq.* Molfeſ.*in ſumm. Theologiæ moralis tract.7.cap.10.nu.9.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.2.in proœmio, & lib.1.cap.3.num.2. & lib. 3. cap.1.num.4.* nouiſſime Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24.ex antiquo iure deſiſtas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit. 23. pag. 263. cum ſeqq.*

13. Trullench *in Decalog.lib.3.cap.3.dub.2.num.1.*

ι CANON IX.] Vide S. Thom. *3.p.quæſt.84.art.3.* Sot. *in 4.diſtinct. 14. quæſt.1. art.3.* Nauarr. *in manual.cap.4. nu.7.* Onuphr. *diſput.3. de Pœnitent.ſect.1.quæſt.5.dub.3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent.lib.1.num.138.* Soar. *tom. 4. de Pœnitent. diſp.19.ſect.1.num.9.cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſum. Theologiæ moral. tract.7. cap.5.num.28.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.2 lib.2.cap.11.num.2.& lib.3.c.3.n.18.*

14. κ CANON X.] Vide Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.1.num.154.cum ſeqq.* Marcel. Megal. *p.1.inſtit.Confeſſar.lib.1.cap.4.* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis tract.7. cap. 14.à num. 100.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta. præc.2. lib.7.c.1.num.2.* Torreblanca *de iure ſpirit.lib.14.cap. 1.num.20.*

15. Sacerdotes ſolos eſſe miniſtros abſolutionis, illiſque, & non omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus fuiſſe dictũ, *Quæcunque ligaueritis,* &c. ex hoc loco colligunt Valer. Reginald. *d.lib.1.c.1.* Ægid. de ConincK *de Sacramentis tom.2. diſp.8. à princip.* Molfeſ. *d.c.14.num.19.* Fagundez *d.præcept. 2.lib.7.c.1.num.1.* Barthol. à S. Fauſto *tomo 3.in tract. de Pœnitent.lib.6.quæſt.28.cum ſeqq.*

λ CANON XI.] Vide Fran. Leon. *in theſauro fori eccleſ. p.2.c.5. num.49.* Coriolan. *de caſibus reſeru.p.1. ſect.1. art.1.num.6.* Molfeſ. *in ſummæ Theologiæ moralis tract.7 cap. 17.num.17.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.1. lib.8.cap.1.n.4.* metipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi p.3.allegat.50. num.185. poſt princip.* Et verba canon. *quoad externam politiam,* id eſt, *quoad forum exterius,* intelligunt Henriquez *in ſum.l.6.c.14. in princ.* Paul. Comitol. *reſponſ.moral. li.1 q.25.n.10.* Barth. à S. Fauſto *to.3. in trac.de Pœnit li.8.q.3.* 16.

μ CANON XII.] Vide Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.7.n.2.& 25.* Fernandez *in examine Theolog. moralis p.3 cap.6.§.7.num.2.* Ioan. de Lugo *de Sacram. in tract. de Pœnit.diſp.8.ſect.2.num.45.* 17.

ν CANON XIII.] Vide Card. Bellarm. *lib.4.de pœnit.cap.3 cum ſeqq.* Soar. *tom.4.de pœnit.diſp.37.ſect.1.* Valent. *tom.4. diſp.7. q.14. punct.2.* Marcel. Megal. *p.1. inſtit.Confeſſ. lib.6. cap.1.num.2.* Sayr. *Sacramentis in genere. lib.2. cap.2.q. 9.art.3.verſ.quo ſuppoſito,* Bonacina *de Sacrament.diſp.5.q.5. ſect.3. puncto 2. num.8. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis tract.7.cap.25. num.30.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.2. lib.9.cap.1.num.1.* Ioan. de Lugo *d.tract. de Pœnitent.diſp.24.ſect.1.num.8.& 34.* 18.

ξ CANON XIV.] Vide Nauarr. *in man.c.26.num. 20.cum ſeqq. & in cap. contrarium, de Pœnit. diſt.5.num.18.* Ægid. de ConincK *de Sacram.tom.2.diſp.10.num.62.* Molfeſ. *in ſum Theologiæ moralis tract.7. cap.25 num.30.* Torreblanca *de iure ſpirit.lib.14.cap.8.num.7.* 19.

ο CANON XV.] Vide Molfeſ. *in ſum. Theolog. moral.tract.7.cap.26.num.56.* 20.

## De Sacramento Extremæ Vnctionis.

1 *Extrema Vnctio eſt verè & propriè Sacramentum à Chriſto inſtitutum, & à B. Iacobo promulgatum.*

2 *Extrema Vnctio confert gratiam, & remittit peccata, ac alleuiat infirmos.*

3 *Miniſtri Extremæ Vnctionis ſunt Sacerdotes ab Epiſcopo ordinati.*

### α CANON I.

SI quis dixerit, Extremam Vnctionem non eſſe verè, & propriè Sacramentum à [a] Chriſto Domino noſtro inſtitutum, & à [b] beato Iacobo Apoſtolo promulgatum, ſed ritum tantum acceptum à Patribus, aut figmentum humanum, anathema ſit.

### β CANON II.

Si quis dixerit, ſacram infirmorum [c] Vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos: ſed iam ceſſaſſe, quaſi olim tantum fuerit gratia curationum, anathema ſit.

### γ CANON III.

Si quis dixerit, [d] Extremæ Vnctionis ritum, & vſum, quem obſeruat ſancta Romana Eccleſia, repugnare ſententiæ beati Iacobi Apoſtoli, ideoque eum mutandum, poſſeque à Chriſtianis abſque peccato contemni, anathema ſit.

a Suprà de hoc Sacramento in princip. & cap.1.
b Marc.6. Iacob.5.
c Suprà c.2. de hoc Sacram.
d Supr.c.vlt. Conc.Cabil. c.18 Iacob 5.

1. α CANON I.] Vide Maldonat. *tom.2. controuerſ.tit. de Extrema Vnctione, quæſt.1.* Vaſquez *in 3.p. tom.2. diſp.135. num.4.* Emman. de Valle *de incantat. & enſalmis ſect.2. cap.11.num.18.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract.4.cap.3.n.21.* Hurtado *de Sacram. diſp.4. de Sacramentis in genere, difficult.2.verſ.iam tamẽ.& tract.de Extrem.Vnct.diffic.1.* & plures alios Doctores citatos *ad cap.1.*

2. β CANON II.] Vide Magiſt. *in 4.diſtinct.23.* Iodoc. Cocc. *in theſauro Catholico lib.7.art.6.* Sayr. *de Sacramentis in genere lib.5.cap.1. quæſt. vnic.art.2. verſ.de ſacramento Extremæ Vnctionis,* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p.1. de Sacrament.* vbi de ſacram. Extremæ Vnct. *cap.1. concluſ.1.* Emman. de Valle *de incantat.& enſalmis ſect.2.cap.11.num.16.* Molfeſ. *in ſum.Theolog.moralis tract.1. cap.8 num.40.*

γ CANON III.] Vide Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. libro 28.num.60.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis, tract. 4. cap.3. numero 51.* & plures Doctores relatos *cap.3.* 3.

# DE REFORMATIONE.

*Si prohibiti aſcendere ad Ordines, aſcendant; ſi ſuſpenſi, aut interdicti à proprio Prælato malè ſe geſſerint, puniantur.*

## CAPVT PRIMVM.

1 *Locum habet hoc cap. etiam in clericis ſecularibus.*

2 *Habet locum in ſuſpenſionibus, & prohibitionibus tam temporarijs, quàm perpetuis.*

3 *Suſpenſus à miniſterio Altaris, vel interdictus ad ſe promouendum cõtra voluntatem ſui Ordinarij, non poteſt promoueri, neque habilitari.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CVM honeſtius, ac tutius ſit ſubiectis, debitam Præpoſitis obedientiam impendendo, in inferiori miniſterio deſeruire, quàm cum Præpoſitorum ſcandalo graduum altiorum appetere dignitatem ei, cui aſcenſus ad ſacros Ordines à ſuo Prælato, ex quacumque cauſa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extraiudicialiter, fuerit interdictus, aut qui à ſuis Ordinibus, ſeu gradibus, vel dignitatibus Eccleſiaſticis fuerit ſuſpenſus, nulla contra ipſius Prælati voluntatem conceſſa licentia de ſe promoueri faciendo, aut ad priores Ordines, gradus, & dignitates, ſiue honores, reſtitutio ſuffragetur.

1. PEr hoc cap. correctum eſſe cap. *ex tenore*, & ampliatum cap. *ad aures, de temporib. ordinat.* ita vt comprehendat quoque clericos ſeculares, etiam dignitates, vel beneficia, quibus annexus ſit Ordo, obtinentes tã quoad facultatẽ prohibendi aſcenſum ad Ordines, quàm etiam ſuſpendendi, ipſiſque poteſtatem appellandi adeptam fuiſſe, referunt deciſum additio ad Nauarr. *conſil. 42. in notis. ſub tit. de temporib. ordinat.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eodem tit. deciſ. 63.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 564. in 1. edit.* aliàs *reſol. 486. num. 7. in 2. edit.* aſſerens pariter reſolutum arctatum ad Ordinem recipiendum, & prohibitum ex hoc decreto non incidere in pœnam cap. *licèt canon. de elect. lib. 6.* iuxta *cap. commiſſa, eod. tit. & lib.* atque etiã quòd ſi adimitur appellatio, non tamen recurſus.

Habere locum in ſuſpenſionibus, & prohibitionibus tam temporarijs, quàm perpetuis, & temporalem prohibitionem, & ſuſpenſionem dici eam vbi ex delicto occulto extraiudicialiter procedit Epiſcopus ad ſuum beneplacitum prohibendi, & ſuſpendendi, tenet Aldan. *in compendio canonicarum reſolut. lib. 3. tit. 4. num. 10.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum *in nullius 3. Februarij 1595.* 2.

Suſpenſum à miniſterio Altaris, vel interdictum à ſe promouendum contra voluntatem ſui Ordinarij, non poſſe promoueri, neque habilitari, dicit deciſum Aldan. *citato loco.* 3.

Prælatis Regularibus competere facultatem attributam Epiſcopis hoc decreto, reſoluit Aldan. *d. tit. 4. num. 15.* vbi refert ſic reſolutum *3. Aprilis 1621.*

---

*Nemo Epiſcoporum, qui Titulares vocantur, alterius ſubditum, etiam prætextu familiaritatis, ordinare præſumat.*

## CAPVT II.

1 *Epiſcopus titularis vigore cuiuſcunque priuilegij nullum etiam prætextu familiaritatis ordinare valet, & ſi ſecus faciat, eſt ſuſpenſus per annum ab exercitio Pontificalium.*

2 *Epiſcopus titularis ſuffraganeus, cui annua penſio 200. aureorum ſuper fructibus Epiſcopatus, cuius eſt ſuffraganeus, reſeruata fuit, illam accipere debet, quatenus inſeruiat.*

3 *Pontificalia exercere non poteſt in loco exempto Epiſcopus accerſitus ab illius Superiore, niſi de licentia Epiſcopi loci, intra cuius fines locus huiuſmodi exemptus fuerit conſtitutus.*

4 *Epiſcopus titularis non poteſt familiarem ſuum triennalem ordinare.*

5 *Epiſcopus ordinans ſibi non ſubditum abſque ſui proprij Prælati expreſſo conſenſu, aut litteris dimiſſorijs, ab exercitio Pontificalium per annum eſt ſuſpenſus.*

6 *Ordinati ab Epiſcopo titulari ſine conſenſu Epiſcopi, ipſo iure ſuſpenſi ſunt.*

ET, quoniam nonnulli Epiſcopi ad Eccleſiarum quæ in partibus infidelium conſiſtunt, clero carentes, & populo Chriſtiano, cum ferè vagabundi ſint, & permanentem ſedem non habeant, non quæ Ieſu Chriſti, [a] ſed alienas oues,, inſcio proprio Paſtore, quærentes dum per hanc ſanctam Synodum ſe Pontificalia officia in alterius diœceſi, niſi de loci Ordinarij expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas tantum, exercere prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum, quaſi Epiſcopalem cathedram in loco nullius diœceſis ſua temeritate eligunt, & quoſcumque ad ſe venientes, etiam ſi ſuorum Epiſcoporum, ſeu Prælatorum litteras commẽdatitias nõ habeant, clericali charactere inſignire, & ad ſacros etiam Presbyteratus Ordines promouere præſumunt: quo plerumque fit, vt minus idonei, & rudes ac ignari, & qui à ſuo Epiſcopo tanquam inhabiles & indigni reiecti fuerunt, ordinati nec diuina officia peragere, nec Eccleſiaſtica Sacramenta rectè valeant miniſtrare. Nemo Epiſcoporum, α *qui Titulares vocantur,* β *etiam ſi in loco nullius diœceſis,* etiam exempto, aut aliquo monaſterio cuiuſuis Ordines reſederint, aut moram traxerint, vigore cuiuſuis priuilegij ſibi de promouendo quoſcumque ad ſe venientes pro tempore conceſſit, alterius ſubditum, γ *etiam prætextu familiaritatis* continuæ commenſualitatis ſuæ, δ *abſque ſui proprij Prælati* ε *expreſſo conſenſu*, aut litteris [b] dimiſſoris ad aliquos ſacros, aut minores Ordines, vel primam Tonſuram promouere, ſeu ordinare valeat: contrafaciens ζ *ab exercitio Pontificalium per annum,* η *taliter verò promoti* ab executione Ordinum ſic ſuſceptorum, donec ſuo Prælato viſum fuerit, ipſo iure ſint ſuſpenſi.

a Infrà c. 8. ſuprà ſeſſ. 6. c. 5.

b Seſſ. 6. c. 5. & ſeſſ. 23. c. 8. Conc. Nic. c. 17. Concil. Aurel. 3. c. 15. Concil. Magunt. cap. 14. c. 1. 21. q. 2. 9. q. 2. per totam. c. 1. cum ſeq. de temp. in 6. & infrà ſeſſ. 23. de reform. c. 3. 8. & 10.

1. VIde Nauarr. *conſil. 20. n. 2. de tempor. ord.* Henriq. *in ſum. lib. 14. c. 17. § 3. in fine lit. A.* Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. p. 3. cap. 8. n. 16. & p. 1. cap. 4. n. 24.* Sbroz *de officio Vicarij lib. 2. q. 7. num. 6.* Azor. *inſtit. mor. p. 2. lib. 3. c. 48. q. 6.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Epiſcopus pag. 100. col. 1.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 1. cap. 1. n. 15. in fine*, Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. poſt reſol. 495. in notab. de materia Epiſc. n. 1. in 2. edit.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, c. 26. § 4. verſ. excipitur*, Bonacina *de Sacram. diſp. 8. q. vnic. punct. 4. prop. vnic. nu. 19.* Narbona *l. 35. gloſſ. 1. n. 32. tit. 3. lib. 1. noua recop.* Hieron. Venero *in examine Epiſcop. lib. 1. cap. 12 n. 28.* Alzed. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 5. de ordinat. num. 40.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr. 9. c. 5.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moralis tract. 2. c. 2. num. 25. propè fin.* Thom. Valaſc. *tom. 1. alleg. iuris allegat. 5. num. 3.* Hurtado *de Sacramentis tomo 2. tract. de Ordine, difficultate 17. in fine*, metipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi, part. 2. allegat. 6. à princip.* Nouar. *in ſingul. Canonic. concluſ. 106. & 107.* Et de his Epiſcopis titularibus vide quæ ſcripſi *in eodem tract. p. 1. tit. 1. cap. 6. num. 15. cum ſeqq.*

α *Qui Titulares vocantur.*] Epiſcopus titularis ſuffraganeus 2.

ganeus alterius Epiſcopi deputatus, cui annua penſio 200. aureorum ſuper fructibus Epiſcopatus, cuius eſt ſuffraganeus, reſeruata fuit, illam accipere debet, quatenus inſeruiat, aliàs aſſignanda eſt ſucceſſoribus inſeruientibus, ita Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib. 1. tit. 4. num. 3.* vbi refert ita deciſum *ſub die 11. Iunij 1592.*

3. *β Etiamſi in loco nullius diœceſis*, &c.] In loco exempto intra fines certæ diœceſeos exiſtenti non poſſe Epiſcopum diœceſanum etiam à ſuperiore loci exempti Ordinario acceſſitum Pontificalia exercere, niſi de licentia Epiſcopi loci, intra cuius fines locus huiuſmodi exemptus fuerit conſtitutus, refert reſolutum Aldan. *citato loco.*

4. *γ Etiam prætextu familiaritatis*, &c.] Epiſcopus Titularis familiaritatis ratione neminem ordinare poteſt, vide Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 26. lit. C. in gloſſ. ſine licentia ſui præſulis, verſ. tertius caſus eſt*, Piaſec. *citato loco.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 3. collect. 596. & in praxi rerum fori eccleſ. reſol. 266. num. 2. verſ. limita 2. in 2. edit.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr. 9. cap. 9. num. 6.* Nouar. *in ſing. canon. concluſ. 103. num. 7.* Alzed. *d. num. 40.* metipſum *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 5. num. 17.* Narbona *l. 35. gloſſ. 1. num. 32. tit. 3. lib. 1. Recop.* Cardoſ. *in praxi iudic. verb. Sacramentum Ordinis, num. 26.* Marcel. Vulpe *in praxi fori eccleſ. cap. 7. num. 18. in fine*, Marchin. *de Sacram. Ordinis tract. 1. p. 5. c. 9. num. 16.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. c. 13. num. 14.*

*δ Abſque ſui proprij Prælati*, &c.] Vel Vicarij eius, aut Officialis, vt refert deciſum Sbroz *in addit. ad ſuum tract. de officio Vicarij lib. 2. quæſt. 41.* Præſumptam probari licentiam à proprio Epiſcopo in fauorem Clerici, qui ab alio Ordines aſſequutus eſt, eo ipſo quòd non inquietat eum, vt per Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 210. nu. 52.* Narbona *l. 10. gloſſ. 3. num. 2. tit. 6. lib. 1. Recopilat.*

*ε Expreſſo conſenſu.*] Ergo non ſufficit tacitus, Narbona *l. 59. gl. 1. num. 22. tit. 4. lib. 2. Recop.* D. Felician. de Vega *in relect. c. ſignificaſti, num. 32. de foro compet.*

*ζ Ab exercitio Pontificalium per annum*, &c.] Vide Salzed. 5. *d. verſ. tertius caſus eſt*, Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib. 1. c. 89. verſ. tertio*, Henriq. *in ſum. lib. 13. de excommunic. c. 38. verſ. ſecundò Epiſcopus*, Thom. Valaſc. *allegat. iuris tom. 1. alleg. 45. nu. 18.* Bonacin. *de cenſur. diſp. 3. q. 6. punct. 5. num. 21.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr. 9. cap. 5.* quos refero Ego ipſe *d. allegat. 6. num. 4.* vbi *numeris ſeqq.* habentur quæ Pontificalium nomine veniunt.

*η Taliter verò promoti*, &c.] Ordinatos ab Epiſcopo titulari ſine conſenſu proprij Epiſcopi ipſo iure ſuſpenſos 6. eſſe, donec à ſuo Prælato aliud viſum ſit, tenent Salzed. ad Bernard. *c. 26. in verb. ſine licentia ſui Præſulis, verſ. tertius caſus eſt.* Henriq. *in ſumm. lib. 13. c. 38. verſ. ſecundò Epiſcopus*, quos refert & ſequitur Thom. Valaſc. *tom. 1. allegat. 45. num. 18.*

---

## *Epiſcopus ſuos Clericos ab alio malè promotos non ante admittat ad Officia celebranda, quàm eos ſuo præuio examine dignos iudicauerit.*

## CAPVT III.

1 *Procedit hoc decretum quando propter abſentiam, vel aliud legitimum impedimentum examen ab Ordinario fieri nequit.*

2 *Examinati, & probati ad ſacros Ordines à prædeceſſoribus Epiſcopis nõ cõprehendũtur ſub hoc decreto, niſi noua cauſa poſt promotionẽ ſuperueniat.*

3 *Epiſcopus non poteſt examinare promotos à ſuo anteceſſore, niſi poſt promotionem aliqua noua cauſa ſuperuenerit.*

4 *Epiſcopus ille, cui examinatus, & approbatus ordinandus dimittitur, an poſſit iterum examinare dimiſſum.*

EPiſcopus quoſcumque [a] ſuos Clericos, præſertim in ſacris conſtitutos, abſque ſuo præcedenti examine, & commendatitijs litteris, quacumque auctoritate promotos, licet tanquam habiles ab eo, à quo ordinati ſunt, probatos, quos tamen ad diuina officia celebranda, ſeu Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtranda minus idoneos, & capaces repererit, à ſuſceptorum Ordinum exercitio ad tempus, de quo ei videbitur, ſuſpendere, & illis, ne in altari, aut aliquo Ordine miniſtrent, interdicere poſſit.

a Suprà cap. prox. & infrà ſeſſ. 23. de reform. c. 8.

1. CVm *infrà ſeſſ. 23. de reformat. cap. 3.* Concilium Epiſcopis interdixerit ne ſubditos ſuos aliter quàm probatos, & examinatos ad alium Epiſcopum ordinandos dimittat, ideo hoc decretum procedere quando propter abſentiam, vel aliud legitimum impedimentum examen ab Ordinario fieri nequit, affirmat Salzed. ad Bernard. *in practic. cap. 21. litt. B. verſ. mea tamen ſententia*, aduertens quòd ſemper Ordinibus initiandus morum integritate, & vitæ probitate Ordinarij teſtimonio laudandus, & cõmendandus eſt; & quòd ſi aliter ab Epiſcopo fuerit ordinatus, ordinans à collatione Ordinum per annum, & ordinatus à ſuſceptorum Ordinum executione quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus, *infrà ſeſſ. 23. de reform. cap. 8.*

2. Examinatos, & probatos ad ſacros Ordines à prædeceſſoribus Epiſcopis nõ comprehendi ſub hoc decreto, niſi noua cauſa poſt promotionem ſuperueniat, refert deciſum Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 4. num. 85.*

3. Epiſcopum non poſſe examinare promotos à ſuo anteceſſore, niſi poſt promotionem aliqua noua cauſa ſuperuenerit, quòd ſi idem Epiſcopus aliquos minus idoneos iudicauerit, eos ſuſpendere debere atteſtantur reſolutum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num. 69.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 390. in 1. edit.* aliàs *reſol. 329. in fine in 2. edit.* Gonzal. *d. gloſſ. 4. num. 8.* vbi *num. 101.* ait, quòd quando agitur de adminiſtratione Sacramentorum, vel cura animarum exercenda, tunc Presbyter curã animarũ exercens, vel Sacramenta miniſtrans, ſeu exercere, vel adminiſtrare intendens, poteſt examinari ab Epiſcopo ſucceſſore, licèt ab anteceſſore fuerit approbatus, & ſi minus idoneus repertus fuerit, excludi debet, ſi Rector non ſit, & perpetuum titulum non habeat; ſi verò titulum habuerit, poteſt ſuſpendi, & coadiutor bene meritus illius expenſis apponi.

Vtrùm autem poſſit præſul ille, cui examinatus, & ap- 4. probatus ordinandus dimittitur, iterum examinare dimiſſum? vide Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr. 9. cap. 8. num. 31. verſ. ſed ne*, Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 1. c. 1. nu. 12. pag. 29.* quos refero *de officio & poteſt. Epiſcopi, p. 2. allegat. 7. n. 22.*

---

## *Nullus Clericus eſt exemptus à correctione Epiſcopi reſidentis etiam extra viſitationem agentis, tanquam ſit deputatus à Sede Apoſtolica.*

## CAPVT IV.

1 *Epiſcopus non poteſt ex hoc cap. etiam extra viſitationem corrigere, & punire clericos ſeculares exemptos ab Epiſcopo, & alteri inferiori ordinario ſeculari intra diœceſim exiſtentes ſubiectos.*

a Suprà c.7. & ſeſſ. 6. de reform. c.3. c. irrefragabili in princ. de off. ord.

b Supr. ſeſſ.6. cap. 4. de reform. & infr. ſeſſ. 24. de reformat. cap.5.

OMnes [a] Eccleſiarum Prælati, qui ad corrigendum ſubditorum exceſſus diligenter intendere debent, & à quibus nullus Clericus per huius ſanctæ Synodi ſtatuta, cuiſuis priuilegij prætextu, tutus cenſetur, quo minus iuxta canonicas ſanctiones viſitari, puniri, & corrigi poſſit, ſi in Eccleſijs ſuis reſederint, quoſcumque ſæculares Clericos, qualitercumque exemptos, qui aliàs ſuæ iuriſdictioni ſubeſſent, de eorum exceſſibus, criminibus & delictis, quoties & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem tanquam ad hoc Apoſtolicæ Sedis delegati corrigendi, & caſtigandi [b] facultatem habeant; quibuſcumque exemptionibus, declarationibus, conſuetudinibus, ſententijs, iuramentis, concordijs, quæ tantum ſuos obligent auctores ipſis Clericis, ac eorum conſanguineis capellanis, familiaribus, procuratoribus, & alijs quibuſlibet, ipſorum exemptorum contemplatione, & intuitu minimè ſuffragantibus.

VIde Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. p.2. cap.2. num.* 63. plures per me citatos *de officio & poteſtate Epiſcopi, p.3. allegat.74. & ſuprà ſeſſ.7. de reformat. cap.8.*

1. Epiſcopum non poſſe ex hoc cap. etiam extra viſitationem corrigere, & punire clericos ſeculares exemptos ab Epiſcopo, & alteri inferiori Ordinario ſeculari intra diœceſim exiſtentes ſubiectos, deciſum refert Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ lib.1. tit.6 de viſitat, lib.5. §.2. num.9.* & Ego ipſe *d. tract. de officio & poteſt. Epiſcopi. p.3. allegat.74. num.4. propè fin.* vbi etiam quòd text. in præſenti non derogat conſuetudini immemoriali, ex Seraphin. *deciſ.* 417. *num.*7. nec corrigit *Extrauag. cùm Mathæus 3. de hæret. inter communes*, ex Cened. *ad Clementinas collect.* 14. *num.9. cum ſeqq.*

---

*Conſeruatoriæ litteræ in quibus vim habeant?*

## CAPVT V.

1 *Doctores de materia huius cap. agentes.*
2 *Doctores de Conſeruatoribus, & litterarum conſeruatoriarum materia tractantes.*
3 *Conſeruatoriæ Regularibus conceſſæ non fuerunt ſublatæ ex decreto cap.20. ſeſſ.24.*
4 *Religiones non habentes Conſeruatores poſſunt illos eligere per communicationem priuilegiorum cum alijs eos habentes.*
5 *Abbas Ordinis Oliuetani poteſt eligi in Conſeruatorem, ſi Epiſcopus in Synodo eum deputauerit iudicem Synodalem.*
6 *Milites Hieroſolymitanos non afficit conſtitutio Gregorij XV. de Conſeruat.*
7 *Regulares etiam elapſo tempore præfixo in conſtit. Gregorij XV. in Conſeruat. illos iuxta eius formam eligere poſſunt.*
8 *Conſeruatores Regularium procedere an poſſint contra debitores ex cauſa ciuili.*
9 *Conſeruator vt ſuſpectus recuſari poteſt.*
10 *Conſeruatoriæ aliquæ non durant poſt quinquenniū.*

a Cap.1. & c. vlt. de off. deleg.

b Suprà ſeſſ. 7. cap.14.

INſuper, cùm nonnulli, qui ſub prætextu quòd ſuper bonis, & rebus, ac iuribus ſuis diuerſæ eis iniuriæ ac moleſtiæ inferantur, [a] certos iudices per literas Conſeruatorias deputari obtinent, qui illos à moleſtijs, & iniurijs huiuſmodi tueantur, ac defendant, & in poſſeſſione, ſeu quaſi, bonorum, rerum, ac iurium ſuorum manu teneant, & conſeruent, nec ſuper illis eos moleſtari permittant, eiuſmodi litteras in pleriſque contra concedentis mentem in reprobum ſenſum detorqueant: idcirco nemini omnino, cuiuſcumque dignitatis & conditionis ſit, etiam ſi Capitulum fuerit, Conſeruatoriæ litteræ, cum quibuſcumque clauſulis, aut decretis, quorumcunque iudicum deputatione, quocumque etiam alio prætextu, aut colore conceſſæ, ſuffragentur ad hoc, vt coram ſuo Epiſcopo, ſiue alio Superiore Ordinario, in criminalibus, & mixtis cauſis accuſari, & conuenire, ac contra eum inquiri, & procedi non poſſit: aut quo minùs, ſi qua iura ei ex ceſſione competierint, ſuper illis liberè valeat apud iudicem Ordinarium conueniri. α *In ciuilibus etiam cauſis*, ſi ipſe actor extiterit, aliquem ei apud ſuos conſeruatores iudices in iudicium trahere minimè liceat. β *Quod ſi in ijs cauſis*, in quibus ipſe reus fuerit, contigerit, vt electus ab eo Conſeruator ab actore ſuſpectus eſſe dicatur: aut ſi qua inter ipſos iudices, Conſeruatorem, & Ordinarium, controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis orta fuerit, nequaquam in cauſa procedatur, γ *Donec per arbitros in forma iuris electos*, ſuper ſuſpicione, aut iuriſdictionis competentia fuerit iudicatum. Familiaribus verò eius, qui huiuſmodi litteris Conſeruatorijs tueri ſe ſolent, nihil illæ proſint, præterquam duobus duntaxat, ſi tamen illi proprijs eius ſumptibus vixerint. Nemo etiam ſimilium litterarum beneficio, δ *vltra quinquennium*, gaudere poſſit. Non liceat quoque Conſeruatoribus iudicibus vllum habere tribunal erectum. ε *In cauſis verò mercedum*, aut miſerabilium perſonarum, huius ſanctæ Synodi ſuper [b] hoc decretum in ſuo robore permaneat. ζ *Vniuerſitates autem* generales, ac Collegia Doctorum, ſeu ſcholarium, & regularia loca, necnon hoſpitalia, actu hoſpitalitatem ſeruantia, ac Vniuerſitatem, Collegiorum, locorum, & hoſpitalium huiuſmodi perſonæ in præſenti canone minimè comprehenſæ, ſed exemptæ omnino ſint, & eſſe intelligantur.

1. VIde Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.3. verſ. nec poſſunt*, Fr. Emman. *quæſt. regul. tom* 1. *quæſt* 65. Gutier. *pract. lib.* 3. *q.*9 Farin. *conſil.* 68. *num.*20. Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.*12. *cap.*13. *num.*24. *cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curia Archiep. Neapol. deciſ.*158. *part.*2. Franc Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p.2. cap.3. num.*102. *cum ſeqq.* Modern. *de ſupplicat. ad ſanctiſſi. part.2. cap.*11. *à num.*7. Sanch. *in conſil. moral. tom.2. lib.6. cap.9. dub.5. num.*11. & 12. metipſum *de officio, & poteſt Epiſcopi p.3. alleg.*106. *à num.*17.

De Conſeruatoribus, & litterarum conſeruatoriarum 2.
materia, vide Doctores per text. *ibi in cap.1. de officio deleg. lib.6.* Syluest. *in ſumm. verb. Conſeruator*, Azeued. *ad tit.8. lib.1. noua recop.* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, tit. de Conſeruatoria*, Cabedo *diuerſorum iuris argument. libro* 3. *cap.* 18.

Molin.

Molin. *de iuſtit. tract.5. diſput.29.* Gutier. *d. quæſt.9.* Fr. Emman. *d. quæſt.65.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.4. collect.899. & d. deciſ.258.* Ioan. à Cruce *de ſtatu relig. lib. 2. cap.10.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.2. q. 47.* Portel. *in dub. regular. verb. Conſeruatores.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſolut.33.* Ceuall. *commun. contra communes tom.4. quæſt.797. num.792. cum ſeqq.* Campan. & Franc. Leon. *citatis locis*, nouiſſimè Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana p.2. lib.2. cap.3. num.23. cum ſeqq.* Tambur. *de iure Abbatum tom.3. diſput.17.* Gabr. Pereira Luſit. *deciſ.118. num.15 & 16.* Alexandrum Monet. *in ſpeciali tract. de Conſeruatoribus.* Et vltra conſtitutionem Clementis VIII. incip. *Sanctiſſimus*, de anno 1592. emanauit alia Gregorij XV. incip. *Sanctiſſimus*, de anno 1621 quam retuli *d. alleg.106. num.55.* & poſt me Maſſobr. *de Synodo Epiſcopi cap.3. poſt dub.8.* In qua conſtitutione Gregorij XV. inter cætera ſtatutum eſt, vt coram Conſeruatoribus Regulares conueniri quidem, aut trahi debeant, ſed alios conuenire, aut retrahere non poſſunt, itaut memorati Conſeruatores in cauſis, in quibus Regulares, & alij actores fuerint, nullam prorſus iuriſdictionem habeant, ſed in ijs tantùm, in quibus rei extiterint, quibus verbis minimè ſublatam fuiſſe facultatem, quam habent Conſeruatores defendendi Regulares à manifeſtis iniurijs, ac violentijs, dummodo obſeruent formam præſcriptam conſtitutionibus Innocentij IV. & Bonifacij VIII. relatis *in cap.1. & fin. de officio deleg. lib.6.* refero deciſum Ego ipſe *d. alleg.105. in fine*, ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

3\. Conſeruatorias Regularibus conceſſas, quas Concil. in præſenti ſaluas eſſe voluit, non fuiſſe ſublatas ex decreto *cap.20. ſeſſ.24.* tenet Aldan. *in compendio canon. reſolut. lib.4. tit.8. num.10.* vbi refert ſic deciſum fuiſſe *ſub die 18. Ianuarij 1594.*

Conſeruatorum Regularium priuilegia cùm ex diſpoſitione Pij V. extendantur ad tres diætas, & ſic poſſet eorum iuriſdictio extendi ad plures Epiſcopatus, & ex diſpoſitione Gregorij XIII. teneantur dicti Conſeruatores, & Regulares notificare huiuſmodi electionem, & deputationem Conſeruatorum Ordinario loci, debet illa fieri non ſolùm Ordinario prædicti loci, ſed etiam omnibus Ordinarijs, ad quorum diœceſes ſe extendit eorum facultas, ſeu iuriſdictio, ita Aldan. *d. tit.8. num. 11.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum *ſub die 11. Iulij 1620.*

4\. Religiones Conſeruatores non habentes, illos eligere poſſunt per communicationem priuilegiorum cum alijs eos habentes, ſtante diſpoſitione *cap. fin. de offic. deleg. lib.6.* vbi habentur ea verba quod plerumque à Sede Apoſt. Conſeruatores conceduntur; ergo cùm de facili concedantur Conſeruatores, veniunt ſub communicatione priuilegiorum. Ita Aldan. *vbi ſup.* vbi ait ſic deciſum *ſub die 12. Septembris 1620.*

5\. Abbas Ordinis Oliuetani poteſt eligi in Conſeruatorem, ſi Epiſcopus in Synodo eum deputauerit iudicem ſynodalem. Ita Sel. *in ſelect. canon. cap.12. num.4.* vbi tenet ita fuiſſe reſolutum *ſub die 2. Martij 1619.* Vtrùm autem Abbates, Priores, & cæteri Prælati Regulares hodie in Iudices Conſeruatores eligi poſſint? vide nouiſſimè Tambur. *de iure Abbatum tom.3. diſput.17. q.4.*

Milites Hieroſolymitanos non afficit dicta conſtit. 6. Gregor. XV. niſi quoad Conſeruatores, & non quoad iudices ordinarios habentes ordinariam iuriſdictionem intra limites ſuorum Prioratuum, Sel. *citato loco*, vbi teſtatur ita reſolutum *in Meleuitana 6. Februarij 1627.*

Regulares, qui in tempore ſibi in dicta conſtitutione 7. Gregorij XV. præfixo, Conſeruatores eligere non curauerunt, dicto tempore elapſo quandocunque eis libuerit, Conſeruatores iuxta formam dictæ conſtitutionis eligere poſſunt, Sel. *d. cap.12. num.7.* vbi dicit ſic reſolutum *ſub die 18. Septembris 1627.*

α *In ciuilibus etiam cauſis*, &c. Vide Fr. Emman. *d. q.65.* 8. *art.13.* Ioan. à Cruce *d. cap.10. dub.6. concl.2.* Ceuall. *dict. quæſt.797. num.792. cum ſeqq.* Fr. Ludouic. Miranda *d. q. 47. art.7. concl.5. & 6.* Portel. *in dubijs Regularibus verb. conſeruatores, num.7.* Hieron. Roderic. *d. reſol.33. num 12. & à 26.* Franc. Leon. *d. c.3 num.101.* Gutier. *pract. lib.3. quæſt.9. à num.8. & lib.4. q.63. per totam*, Cabed. *d. c.18. num.4.* Campan. *d. cap.13. num.20.* metipſum *d. alleg.106. numer.40.* Mendez à Caſtro *d. part.2. lib.2. cap.3. num.30. in fine.*

β *Quòd ſi in his cauſis*, &c.] Conſeruatorem vt ſuſpe- 9. ctum recuſari poſſe per hoc decretum, tenet Ceuall. *d. tom.4. q.897. num.779. cum ſeqq.* quem refero *d. alleg.106. nu. 35.* Campan. *d. cap.13. num.25. in fine*, contra Azorium per eum citatum.

γ *Donec per arbitros in forma iuris electos*, &c.] Loqui de Conſeruatoribus electis à partibus ad vnam, vel alteram cauſam, non habentibus, nec valentibus habere Tribunal erectum, dicit Anguian. *in tract. de legibus lib.3. controu. 33. num.4.* De practica procedendi ad eligendos huiuſmodi arbitros, vbi contentio fuerit inter Conſeruatorem & Ordinarium, vide Ceuall. *commun. contra commun. tom.4. q.897. num.741. cum ſeqq. & num.775.* Mendez de Caſtro *in praxi Luſitana p.2. lib.2. c.3. nu.28.* vbi addit eo caſu, quo vnus ex illis noluerit arbitros eligere, recurri poſſe ad Regem vt arbitros aſſumat tanquam protectorem Concilij Tridentini, quod non approbo.

δ *Vltra quinquennium*, ] Tranſacto quinquennio non 10. durant litteræ conſeruatoriæ, vt per Fuſc. quem citat Ceual. *d. quæſt.897. nu.789.* Fr. Emman. *d. quæſt.65. art.9.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.5. cap.34. q.14.* Campan. *d. c.13. num.25. verſ. quin ſi nullo*, Fr. Ludouic. Miranda *d. quæſt.47. art.6.* vbi quòd in Ordinibus, & Religionibus Conſeruatorum officium non eſt temporale, & metipſum *d. alleg.106. num. 50. & 51.* Hieron. Roder. *d. reſol.33. num.8.*

ε *In cauſis verò mercedum*, &c.] Vide *ſuprà ſeſſ. 7. de reform. cap. 14.*

ζ *Vniuerſitates autem*, &c.] Vniuerſitatum Conſeruatores minimè ſub hoc decreto comprehendi, tenet Anguian. *d. lib.3. controuerſ.33. num.5. & 6.*

## *De Honeſtate in veſtibus à Clericis ſeruanda.*

## CAPVT VI.

1 *Clericorum proprius habitus, illiuſque honeſtas.*
2 *Habitus non facit Monachum.*
3 *Habitum clericalem honeſtum non deferens quas pœnas incurrat de iure Concilij.*
4 *& quid attenta conſtitut. Sixti V.*
5 *Habitum clericalem non tenentur deferre clerici qui habent fructus, aut penſionem non excedentes valorem annuum 60. duc.*
6 *Inſeruientes Palatio Apoſt. in inferioribus miniſterijs ſi habuerint penſionem, non tenentur in habitu, & tonſura incedere.*
7 *Veſtes duæ non longæ non requiruntur in clerico.*
8 *Clement. quoniam, de vita, & hon. cler. non habet locum in clerico, qui ſemel habitum dimiſit.*
9 *Clericus non valens ratione paupertatis habitum proprio Ordini congruentem geſtare, excuſatur.*
10 *Tonſuram propter infirmitatem non deferens clericus nullam pœnam incurrit.*
11 *Clericus, qui propter aliquod veriſimile periculum transformari cogeretur, in nullam pœnam incidit.*
12 *Habitum dimittens clericus domi ſuæ, & in occulto excuſatur.*
13 *Veſtes breuiores habens clericus ex neceſſitate itineris excuſatur.*

Quia

a 1. Matiſ. conc. c. 5.

b Cap. porrectum. & c. ex parte de reg. can. vlt. 41. diſt.

c Lib. 3. Cle. de vita & honeſt. Cle. cap. 1.

QVia verò, [a] *α etſi habitus non facit monachum*, oportet tamen Clericos veſtes proprio congruẽtes Ordini ſemper deferre, vt per decentiam habitus extrinſeci morum honeſtatem extrinſecam oſtendant: tanta autem hodie aliquorum inoleuit temeritas, religioniſque contemptus, vt, propriam dignitatem, & honorem clericalem parui pendentes, [b] veſtes etiam deferant publicè laicales, pedes in diuerſis ponentes, vnum in diuinis, alterum in carnalibus. Propterea omnes Eccleſiaſticæ perſonæ, quantumcunque exemptæ, quæ aut in ſacris fuerint, aut dignitates, perſonatus, officia, aut beneficia qualiacumque Eccleſiaſtica obtinuerint, ſi, poſtquam ab Epiſcopo ſuo etiam per edictum publicum, moniti fuerint, honeſtum habitum clericalem, illorum Ordini, & dignitati congruentem, & iuxta ipſius Epiſcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, *β per ſuſpenſionem ab Ordinibus*, ac officio, & beneficio ac fructibus, redditibus, & prouentibus ipſorum beneficiorum, necnon ſi ſemel correpti, denuo in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum, & beneficiorum huiuſmodi coerceri poſſint & debeant, ſecundum Conſtitutionem Clementis Quinti, in Concilio Viennenſi editam, [c] quæ incipit, Quoniam, innouando, & ampliando.

1. VIde nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas, conſtit. 8. pag. 65. cum ſeqq.* vbi innouatur *Clem. quoniam, de vita, & honeſt. cleric.* per decretum Concilij in præſenti. Multa circa decernendum proprium clericorum habitum Ordini & dignitati congruentem, illiuſque honeſtatem, tradunt Cou. *pract. cap. 31. num. 7. verſ. 4.* Roland. *conſ. 4. num. 27. lib. 1.* Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 78.* ſecundùm nouiſſimam impreſſ. Decian. *tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 96. cum ſeqq.* Moſcon. *de maieſt. milit. Eccleſ. lib. 1. part. 2. cap. 2. verſ. de habitu autem,* Viuald. *in candel. aureo part. 3. ad fin. in explicat. Bullæ Sixti V. de habitu, & tonſura num. 9. verſ. tertia aſſertio,* Rendina *in prompt. recept. ſent. tom. 1. tit. 17. num. 15.* Scacc. *in tract. de iudic. part. 1. cap. 11. num. 84. & 87.* Camill. Borel. *in addit. ad Bellug. in ſpeculo Principum rub. 11. §. videamus littera B. & in ſumma omnium deciſ. tom. 1. tit. 11. de vita, & honeſt. cleric. num. 39. cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. clericus §. 14.* Piaſec. *in ſimil. praxi part. 2. c. 3. num. 14.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. numer. 14. & 15.* Fr. Paulin. Berti Lucenſ. *in praxi crimin. regular. tit. 4. cap. 33. num. 10. cum ſeqq.* Cened. *pract. & canonic. queſt. lib. 1. quæſt. 4. num. 30.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſciplina clecicali §. 16. à num. 12.* Viuian. *in praxi iuriſpatron. part. 3. lib. 15. cap. 4. num. 9.* Guid. Pancirol. *in theſauro var. lection. lib. 1. cap. 21.* Farin. *in praxi crimin. part. 1. quæſt. 8. num. 69.* Sanch. *de matrimon. lib. 7. diſput. 46. num. 5.* Thom. Valaſc. *tom. 1. allegation. Iuris, allegat. 11.* Carol. de Graſſis *de affectibus clerical. in prælud. num. 271.* Nicol. Garc. *de benef. p. 7. c. 1. à num. 21.* Nouar. *in ſingul. Canon. concl. 117.* Soar. de Pace *in pract. tom. 2. præl. 2. num. 7.* Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib. 7. cap. 6. num. 1.* Sanch. *in opuſcul. moral. lib. 7. c. 1. dub. 49. num. 2.* nouiſſimè R. P. D. Sperell. amicus noſter, *deciſ. 17. num. 44. & deciſ. 66. num. 8.* metipſum *de officio, & poteſtate Epiſcopi p. 2. alleg. 9.*

2. *α Etſi habitus non facit Monachum.*] Concordat. *c. porrectum, de Regular.* vbi gloſſ. *verb. non faciat, cap. conſuluit, qui clerici, vel vouen.* Card. Tuſcus *pract. concluſ. tom. 4. litt. H. concl. 12. num. 2.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 12. c. 4. nu. 5.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſciplina clericali. §. 15. num. 10.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi admittendi ad Religionis ſtatum nouitios, diſput. 11. dub. 10. ſub. nu. 1.* quos refero *in tract. Axiom. iuris vſufreq. axiom. 109. nu. 1.*

3. *β Per ſuſpenſionem ab Ordinibus*, &c.] Decernit S. Synodus *in preſenti*, quòd ſi poſtquam ab Epiſcopo ſuo etiam per edictum publicum moniti fuerint honeſtum habitum clericalem illorum Ordini & dignitati congruentem, & iuxta ipſius Epiſcopi ordinationem, & mãdatum non detulerint, per ſuſpenſionem ab Ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, & prouentibus, ipſorum beneficiorum, necnon ſi ſemel correcti denuo in hoc deliquerint, etiam per priuationem beneficiorum huiuſmodi coerceri poſſint, & debeant.

4. Poſtea verò contra huiuſmodi non deferentes habitum clericalem emanauit conſtitutio Sixti V. incip. *Cùm ſacroſanctam, ſub dat. 5. Id. Ianuarij* 1588. *in Bullario nouo tom. 2. pag. 653.* vbi Clericis, & Militibus, qui in hac vrbe præſentes in habitu clericali, ac tonſura, ac Militibus in militari non incederent, mandatiſque ſuper his editis ſub certo termino non obedierint, præter alias pœnas contra eos inflictas ſine vlla alia monitione ipſo facto priuatos declarat, quibuſcunque dignitatibus, adminiſtrationibus, officijs, Canonicatibus, & Præbendis, ac beneficijs etiam ſimplicibus, & præſtimonijs per eorum quemlibet in titulum, commendam, vel aliàs pro tempore obtentis, necnon penſionibus, & fructibus, ac prædijs, boniſque Eccleſiaſticis huiuſmodi quocunque modis eis reſeruatis, vel reſeruandis, omnique iure ſibi in eis, vel ad ea quomodolibet competenti; huius conſtitutionis meminit Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 15. num. 56.* Sed hanc Conſtitutionem dum diſponit cum pœna priuationis ipſo iure beneficij, hoc reſpectu & parte non eſſe vſu receptam in Hiſpania, aſſerit Nicol. Garc. *de beneſic. part. 7. c. 1. num. 24.* quem refert nouiſſimè Salgado *de ſupplic. ad Sanctiſſ. p. 1. c. 2. nu. 137. verſ. item conſtitutionem.*

5. Deinde idem Sixtus V. *per aliam ſuam conſtitut.* incip. *Paſtoralis ſub. dat pridie Kalend. Februarij eiuſdem anni* 1588. declarauit habitum clericalem non teneri deferre clericos non recipientes penſionem, fructus, aut prædia, vel bona Eccleſiaſtica ſibi in vna, vel pluribus vicibus reſeruata, & conceſſa ſummam, ſeu valorem annum 60. ducatorum auri de Camera inſimul non excedentes, ſeu excedentia.

6. Et inſuper declarat non teneri in habitu, & tonſura clericali incedere inſeruientes Palatio Apoſtolico in inferioribus miniſterijs, vt ſunt paraphernarij, credentiarij & ſimiles, qui penſiones, aut fructus, bonave Eccleſiaſtica loco penſionum vſque ad quamcunque ſummã & valorem percipiunt. Declarat etiam eos clericos, aut milites, quibus penſiones, aut fructus, bonave, aut prædia eccleſiaſtica ad quamcunque ſummam reſeruata, aut reſeruari conceſſa ſunt, non aliter ad gerendum militarem habitum teneri poſtquam penſiones, fructus, aut alia præfata cum effectu exigere, aut percipere cœperint, vel per eos ſteterit quominus exigant, vel percipiant. harum conſtitutionum tenorem referunt Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Habitus clericalis,* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. num. 13. pag. 129. & 130.*

7. Ex quibus non requiri duas veſtes longas in clerico, ex Viuald. receptum dicit Nicol. Garc. *de beneſic. part. 7. cap. 1. num. 23.* ſed ſufficere quòd pallium perueniat ad talos, toga verò tegat genua, reſoluunt Iacob. de Graff. *in aur. deciſ. part. 1. lib. 3. cap. 3. num. 3.* Viuald. *in candel. aureo part. 3. ad fin. in explicat. Bullæ Sixti V. de habitu & tonſura num. 9. verſ. quarta aſſertio,* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p. 2. tract. 7. cap. 2. prope concluſ. 14. circa fin.* Nouar. *de nouo iure Pontific. concl. 117. num. 6.* Diana *moral. reſol. p. 4. tract. 1. reſol. 91.* & demum requiri veſtem ſuperiorem clericalẽ, quæ cooperiat interiorem, quamuis laicalem, ex Franch. & Scacc. aſſerit Carol. de Graff. *de effectibus cleric. effectu 1. num. 1186.*

8. Diſpoſitionem *Clem. quoniam, de vita, & honeſt. cleric.* quam innouat, & ampliat Concil. *in præſenti,* & ſuprà citatas Sixti V. Conſtitutiones, non habere locum in clerico, qui ſemel habitum dimiſit, cùm in eis requiratur vt tantùm perſeueret vt publicè pro laico exiſtimetur, tenent Farinac, *d. q. 8. num. 68.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 3.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*cap.3. numer.14. verſic. excuſaretur*. Proſp. de Auguſtino *in addit. ad Quarant. in ſumm.Bullarij.vrb.habitus clericalis*, Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.4. collect.956.limit.3.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.12. § 6. num.3.*

9. Nec in clerico qui ratione paupertatis habitum proprio Ordini congruentem geſtare non valuerit, vt per Aloyſ. Ricc. *d. collect.956.limit.2.* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſ. enarrat. lib.3. tit. de vita, & honeſt cleric. nu.7.* Vgolin. *d. cap.12. num.3. verſ. quinto*, Carol. de Graſſis *d. effectu 1. num.1175.* Decian. *tract. crimin. tom.1. lib.4. cap.9.* vbi exemplificat quando clericus eſſet ita pauper, vt non poſſet propter paupertatem alias veſtes inuenire, niſi laicales ſibi donatas.

10. Nec in clerico, qui non poteſt propter infirmitatem tonſuram deferre, Capell. Tholoſ. *deciſ.104.* Thom. Actius *in tract. de infirmit. p.2. in verb. clerici, num.12,* Zypæ. *vbi ſuprà*, Vgolin. *d. cap.12. num.3. verſ. quoad tonſuram*, Aloyſ. Ricc. *d. collect.956.limit.1.* Bellet. *d. tit. de diſciplina cleric. §.17. num.9.* Carol. de Graſſis *d. effectu 1. num.1171.* Thom. Valaſc. *tom.1. alleg.11. num.9.*

Nec in clerico, qui propter aliquod veriſimile periculum transformari cogeretur, vt per Rubin. *deciſ.91. p.2.* Aloyſ. Ricc. *d. collect.956. limit.4.* Zypæ. *d. tit de vita, & honeſt. cleric. num.7.* Piaſec. *d. c.3. num.14. verſ. excuſaretur.* 11.

Nec in clerico, qui domi ſuæ, & occulto habitum dimittit, vt per Vgolin. *d. cap.12. num.3. verſ.4.* quem refero *d. alleg.9. num.19.* 12.

Nec in clerico, qui ex neceſſitate itineris, vel peregrinationis habet veſtes breuiores, vt per Bellet. *d. tit. de diſciplina clericali, §.16. num.14.* 13.

*Voluntarius homicida, quantumuis occultus omni Ordine ac beneficio careat: caſualis autem, aut vim vi repellens ex cauſa, ab Ordinario loci, aut Metropolitano cognita cauſa, ac probatis precibus diſpenſetur.*

## CAPVT VII.

1 *Doctores referuntur de materia huius text. agentes.*
2 *Loquitur de homicidio ex propoſito, & per inſidias, & volito.*
3 *Homicidium per induſtriam, & per inſidias, & ex propoſito requirit.*
4 *Mandans aliquem baculo verberari eo expreſſo ne occideretur, ſi mandatarius armis percuſſerit, & occiderit, non intelligitur incidiſſe in hoc decretum.*
5 *Canonici Iureconſulti non poſſunt ſubſtitui à Gubernatore ciuitatis.*
6 *etiam Ordinem minorem comprehendit.*
7 *Non extenditur ad penſiones.*
8 *Diſpenſare non poteſt Epiſcopus in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio voluntario occulto, vel manifeſto.*
9 *Non operatur omnimodam impoſſibilitatem, ſed difficultatem præmaximam.*
10 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio caſuali.*
11 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum illo, qui aliquem hominem occidit, non intendens occidere.*
12 *Irregularitas nulla oritur ex homicidio merè caſuali, in quo nulla fuerat penitus admiſſa culpa.*
13 *Irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, non contrahit mandans committi homicidium in perſonam vnius, ſi committatur in perſonam alterius.*
14 *Irregularitatem non incurrit is, qui omni diligentia, vt præcaueret, adhibita, dum operam rei licitæ daret, ſolo caſu fortuito homicidium commiſit.*
15 *Doctores referuntur de intellectu horum verborum agentes.*
16 *Capitulum Sede vacante, & Prælati inferiores, an cõprehendãtur hic ſub appellatione Ordinarij loci.*
17 *Cognitio cauſæ in hac materia poteſt fieri ab Ordinario ſine ordine, & figura iudicij.*

CVm etiam qui[a] per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari auelli debeat, *α qui ſua voluntate homicidium perpetrauerit*[b], etiam ſi crimen id nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, nullo tempore ad ſacros Ordines promoueri poſſit, nec illi aliqua Eccleſiaſtica beneficia, etiam ſi curam non habeant animarum, conferri liceat, *β ſed omni Ordine γ ac beneficio* & officio Eccleſiaſtico *δ perpetuò careat, ε ſi verò homicidium non ex propoſito, ſed caſu, ζ vel vim vi repellendo*, vt quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſſum[c] narretur: quam ob cauſam etiam ad ſacrorum Ordinum, & altaris miniſterium, & beneficia quæcumque, ac dignitates, iure quodammodo diſpenſatio debeatur, committatur *η loci Ordinario*, aut ex cauſa Metropolitano, ſeu viciniori Epiſcopo, *θ qui non niſi cauſa cognita*, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter, diſpenſare poſſit.

a Exod. 21. Exod. c. 1. de homicid.
b Cap. inquiſitionis, de accuſat. & cap. cum nõ ab homine, de iud.
c Cap. ſtudeat 50. diſt. & cap. ſignificaſti in 6. de homicid.

1. VIde Rebuff. *in praxi benefic. rub. de diſpenſat. tit. de corpore vit. ad finem*, Nauarr. *in man. cap.27. numer. 239. & ſeq. & num.250. & conſ.37. in antiq. ſub tit. de temporibus ordinat.* aliàs *conſ.40. ſub tit. de homicid. in nouis, & in cap. ſi quando, except.9. de reſcript.* Couar. *in Clem. ſi furioſus, part.2. §.3. num.6.* Valenzuel. *conſ.128. num.34. tom.2.* Ludouic. Lop. *in inſtructorio conſcient. p.2. cap.93.* Henriquez *in ſumm. lib.14. cap.19.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub titul. de tempor. ordinat. deciſ.39.* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.97. littera B. verſ. hodie autem*, Nicol. Garc. *de benefic. p.7. cap.11. per tot.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. tract.3. num.154.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.1. tit.18. l.7. de irregular. num.3. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moralis tract.6. c.7. num.39.* Campan. *in diuerſion. iuris canonic. rub.11. cap.23. à numero 65. & à numero 128. & numero 145.* Monet. *de commutation. vltim. volunt. cap.6. numero 122.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſtion. regul. reſol.52. ex num.23.*

*α Qui ſua voluntate homicidium perpetrauerit*, &c.] Loqui in homicidio ex propoſito, & per inſidias, & volito ſimpliciter, tenet Sel. *in ſelectis Canon. c.18. num.8.* vbi ait ita fuiſſe reſolutum *ſub die 11. Auguſti 1605.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſolut.446. in princ.* Eleganter Fr. M. Franciſcus de Arauio *in 1.2. S. Thomæ tom.1. quæſt.76. art.4. dub.4. num.13. pag.402.* vbi quod homicidium voluntarium eſt volitum directè, aut in ſe, aut in cauſa quæcunque ſit illa, in qua fuit præuiſum, & nihilominus homo, vult cauſam illam: caſuale verò eſt volitum indirectè, & ratione negligentiæ dumtaxat, propter quam non fuit præuiſum, neque intentum directè. 2.

Et requirere homicidium per induſtriam, & per inſidias, & ex propoſito, referunt deciſum Nicol. Garc. *de benef.* 3.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

benef. part.7. c.11. num.44. in 2. declar. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.1. tit.18. l.7. de irregular. num.8. in fine. Ego ipſe d. alleg.39. num.49.

4. Vnde is, qui mandauit aliquem baculo verberari eo expreſſo ne occideretur, ſi mandatarius armis percuſſerit, & occiderit, non intelligitur incidiſſe in hoc decretum, adeò, vt omni Ordine, atque beneficio, & officio Eccleſiaſtico abſque ſpe diſpenſationis perpetuò carere debeat, vt referunt deciſum Campan. in diuerſ. iuris canon. rub.11. c.23. ante num.145. Armend. d. loco. num.8.

5. Canonicos iureconſultos non poſſe ſubſtitui à Gubernatore ciuitatis in ipſius locum in eius abſentia, Sel. d. c.18. num.9. vbi teſtatur ita fuiſſe reſolutum in vna Alatrina 16. Martij 1630.

6. ß Sed omni Ordine. ] Etiam minori, vt interpretantur Cou. in Clem. ſi furioſus part.2. §.3. num.5. in fine, Henriq. in ſumm. lib.14. cap.19. §.1. littera D. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſolut.404. num.2. Ego ipſe de officio, & poteſt. Epiſcopi part.2. alleg.39. num.60. vbi etiam quòd nec in ſuſceptis miniſtrare poteſt.

7. γ Ac beneficio. ] Non extendi ad penſiones, referunt deciſum Nicol. Garc. de benefic. part.1. cap.5. num.136. Armendar. d. lib.7. de irregularit. num.5.

8. Epiſcopum diſpenſare non poſſe in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio volũtario occulto, aut manifeſto, neque ad Ordines minores, neque etiam ad beneficium ſimplex obtinendum, reſoluunt Nauarr. in man. cap.27. num.194. verſ. ſeptimo, & num.240. verſ. quarto, & conſil.17. in antiq. aliàs 13. in nouis, de homicid. Sayr. in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.19. Maiol. de irregular. lib.5. cap.48. in fine, Salzed. ad Bernard. in pract. cap.97. littera A. verſ. hodie autem, in fine, Valent. tom.4. diſp.7. q.19. puncto 3. §.5. Petr. de Aragon in 2.2. q.64. art.8. in fine, Tolet. in inſtruct. Sacerd. lib.1. c.31. Henriq. licèt dubius, d. c.19. §.1. litt. D. & lib.13. c.57. §.1. Sayr. de cenſur. lib.6. c.7. num.14. & 15. Farin. in praxi crimin. part.5. quæſt.119. tit.14. num.62. Ego ipſe d. alleg.39. num.59. Fr. Ludouic. Miranda in man. Prælat. tom.2. quæſt.8. art.9. Villalob. in ſumm. part.1. tract.21. diffic.28. num.10. Hieron. Roderic. in compendio quæſt. regul. reſol.52. num.24.

9. δ Perpetuò careat. ] Hæc verba non operari omnimodam impoſſibilitatem, ſed difficultatem præmaximam, tenet Campan. d. cap.23. num.128. quem refero ego ipſe d. alleg.39. num.63.

10. ε Si verò homicidium non ex propoſito, ſed caſu, &c. ] In irregularitatibus prouenientibus ex homicidio caſuali poſſe Epiſcopum diſpenſare ad Ordines minores, & beneficium ſimplex obtinendum ad ſacros Ordines, ſi homicidium caſuale ſit occultum, reſoluunt Nauarr. d. cap.27. num.40. verſ. quando Henriq. d. lib.14. cap.19. §.2. littera X. Zerol. in praxi Epiſcop. §.2. verb. diſpenſatio, Ægid. de ConincK de Sacrament. tom.2. diſput.18. num.111. verſ. poteſt, Hieron. Roder. d. reſol.52. num.23. Bonacin. de cenſur. diſput.7. quæſt.4. puncto vlt. num.41. Homobon. de Bonis de examine Eccleſiaſtico, tract.3. quæſt.69. in fine part.1.

11. Vnde Epiſcopum diſpenſare poſſe cum illo, qui aliquem hominem occidit, non intendens occidere, cùm huiuſmodi homicidium caſuale dicatur, poſt Nauarr. & Henriq. reſoluunt Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.521. in 1. edit. aliàs reſolut.448. num.2. & 3. in 2. edit. Bonacina d. diſput.7. quæſt.4. puncto vltim. num.7. Ego ipſe d. allegat.39. num.50.

12. Ex homicidio merè caſuali cùm nulla penitus fuerat admiſſa culpa, & in quo non dabatur opera rei illicitæ, nullam oriri irregularitatem, refert deciſum Armendar. d. l.7. de irregularit. num.3.

13. Mandantem committi homicidium in perſonã vnius ſi committatur in perſonam alterius, non dici incidiſſe in irregularitatem, quę contrahitur ex homicidio voluntario, atteſtantur reſolutum Armendar. d. l.7. de irregul. num.4. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſolut.412. Campan. d. cap.23. num.84. Ego ipſe d. alleg.39. num.52.

14. An is, qui omni diligentia, vt præcaueret, adhibita, dum operam rei licitæ daret, ſolo caſu fortuito homicidium commiſit, irregularitatem incurrat, adeò vt Ordines ſuſcipere, & beneficia obtinere abſque diſpenſatione non valeat, ſtante hoc decreto? Non incidiſſe referunt deciſum Armendar. d. l.7. de irregularit. num.6. Nicol. Garc. de benef. p.7. cap.11. num.53. in 1. declar.

15. ζ Vel vim vi repellendo, &c. ] Circa intellectum horum verborum inſudant Maiol. de irregular. lib.1. cap.2. nu.10. verſ.20. & lib.5. cap.48. num.10. & 11. Paul. Comitol. reſponſ. moral. lib.6. quæſt.54. num.3. Auil. de cenſur. part.7. diſput.5. ſect.3. dub.1. verſ. loquendo de iure nouo, Soar. in ſimili tract. diſput.46. ſect.1. num.3. Iacob. de Graff. in aureis deciſ. part.1. lib.2. cap.65. num.13. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. part.4. collect.930. Petr. de Ledeſma in ſumm. part.2. tract.8. de iuſtit. commutatiua cap.18. concluſ.14. diffic.1. Franc. Leo in theſauro fori Eccleſ. part.3. cap.9. num.29. Sayr. de cenſur. lib.7. c.7. num.22. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib.30. tract.2. num.112. ConincK de Sacrament. tom.2. diſp.18. num.73. latè Cened. pract. & canon. quæſt. lib.1. quæſt.24. nu.13. cum ſeq. Campan. in diuerſ. iuris Canon. rub.11. cap.23. num.51. Bonacin. d. diſp.7. quæſt.4. puncto 6. num.3. cum ſeqq. Farin. fragment. crimin. part.2. littera I. num.475. Bellet. diſquiſit. clerical. part.1. tit. de diſciplina clericali §.5. num.109. cum ſeq. Ego ipſe d. alleg.39. num.54. Hieron. Roder. in compend. quæſt. regul. reſol.15. num.73.

16. Habere etiam locum cùm agitur de repellenda vi illata patri, dicit reſolutũ Nicol. Garc. de benef. p.7. c.11. n.53.

η Loci Ordinario. ] An etiam Capitulo Sede vacante? vide Ludouic. Beiam reſponſ. caſuum conſcient. part.4. caſu 37. verſ. tandem nullus, Campan. d. c.23. num.146. Henriq. d. lib.14. cap.20. §.1. in fine, Doctores, quos plena manu refero d. alleg.39. num.16. vbi nu.17. de Abbatibus, & alijs Prælatis inferioribus habentibus iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalẽ, & nu.18. de Superioribus Religionum, & num.19. de Archiepiſcopo in actu viſitationis.

17. θ Qui non niſi cauſa cognita, &c. ] Hanc cauſæ cognitionem poſſe fieri Ab Ordinario ſine Ordine & figura iudicij, & teſtibus nõ receptis in forma iudicij, nec iurantibus, multis firmat Sanchez de matrim. lib.3. diſp.8. à num.4.

---

*Epiſcopus valens ex priuilegio punire ſubditos alienos, non poteſt punire clericos alienos reos criminum etiam atrocium, niſi ex proprij clericorum Epiſcopi, aut perſonæ ab eo deputandæ interuentu.*

## CAPVT VIII.

1 *In quibus loquatur.*
2 *Epiſcopus loci delicti condemnat clericum delinquentem ſi ibidem inueniatur.*
3 *Epiſcopus loci vbi fuit commiſſum delictum, poteſt in prima inſtantia de illo cognoſcere quamuis non ſit Ordinarius domicilij delinquentis.*

a Suprà c.2. & ſeſſ.6. c. vlt.
b Conc. Maguntien. ſub Arnulpho Imper. c.14. & 15.

PRæterea, [a] quia nonnulli, quorum etiam aliqui veri ſunt Paſtores, ac proprias oues habent, alienis etiam ouibus præeſſe quærunt, & ita alienis ſubditis quandoque intendunt, vt ſuorum curam negligant, quicumque, etiam Epiſcopali præditus dignitate, qui alienos ſubditos puniendi priuilegium habuerit, contra Clericos [b] ſibi non ſubditos, præſertim in ſacris conſtitutos, quorumcunque etiam atrocium criminum reos, niſi cum proprij ipſorum Clericorum Epiſcopi, ſi apud Eccleſiam reſederit,

aut

aut perſonæ ab ipſo Epiſcopo deputandæ interuentu, nequaquam procedere debeat, aliàs proceſſus, & inde ſecuta quæcumque viribus omnino careant.

1. LOqui de ijs, qui virtute priuilegij animaduertere volunt in non ſubditos, aſſerit Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib. 5. tit. 10. num. 8.*

2. Epiſcopus enim loci delicti innititur iuri communi, de quo *in cap. poſtulaſti, & in cap. vlt. de foro comp,* quibus iuribus probatur Epiſcopum loci delicti condemnare clericum delinquentem: quod videtur intelligi, ſi ibidem talis clericus delinquens inueniatur, Butr. *in d. cap. vlt. nu.* 6. & *ibi* Felin *num. 8. in fine*, Grammat. *conſil 27. num. 56. cum ſeq.* Menoch. *conſil. 2. num. 130.* Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 16. num. 12.* Vel niſi de more remittatur *Clement. paſtoralis, §. verum, de re iudic.* vbi Imol. *num. 64.* & Card. *num. 12. verſ. denique*, D. Barboſa *in l. hæres abſens, §. proinde, in art. de foro delicti num. 5.* vbi *num. 134.* ſubdit quòd inter Eccleſiaſticos fit etiam remiſſio.

Poteſt enim ratione delicti Epiſcopus loci, vbi fuit commiſſum, cognoſcere in prima inſtantia, quamuis non ſit Ordinarius domicilij delinquentis, vt refert deciſum Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part. 2. cap. 1. num. 75.* quia Concil. *infrà ſeſſ. 24. de reformat. cap. 20.* non ſuſtulit modos legitimos, quibus quis ex Iuris diſpoſitione ſortitur forum, vt oſtendi *de officio, & poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 81. num. 14.* 3.

---

*Beneficia vnius diœceſis nullo prætextu vniantur beneficijs alterius diœceſis.*

## CAPVT IX.

1 *Doctores referuntur de materia huius cap. agentes.*
2 *Præſtimonia an ſint beneficia Eccleſiaſtica.*

ET, quia [a] iure optimo diſtinctæ fuerunt diœceſes, & parochiæ, ac vnicuique gregi proprij attributi Paſtores, & inferiorum Eccleſiarum Rectores, qui ſuorum quiſque ouium curam habeant, vt ordo Eccleſiaſticus non confundatur, aut vna & eadem Eccleſia duarum quodam modo diœceſum fiat, non ſine graui eorum incommodo, qui illi ſubditi fuerint, beneficia vnius diœceſis, etiam ſi parochiales Eccleſiæ, Vicariæ perpetuæ, aut ſimplicia beneficia, *α ſeu præſtimonia*. aut præſtimoniales portiones fuerint, etiam ratione agendi cultum diuinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque de cauſa, alterius diœceſis beneficio, aut monaſterio, ſeu collegio, vel loco etiam pio perpetuò non [b] vniantur, decretum huius ſanctæ Synodi ſuper huiuſmodi vnionibus in hoc declarando.

*a* A Dionyſio Papa. Vide C. Conſtantin. c. nimis cap. hæc eccleſias 13. q. 1. c. paſtorali. de his quæ fiunt a præl. & infrà ſeſſ. 24. de reform. c. 13. in fi. & c. 17. *b* Suprà ſeſſ. 7 c. 6. & 7 & infrà ſeſſ. 24. de reform. c. 13. & 15.

1. VIde Paul. Fuſc. *de Viſitat. lib. 2. c. 26. nu 24.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. vnio, §. 8.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 12. cap. 2. num. 85.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 302.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 492. in 1. edit.* aliàs *reſol. 383. num. 5. limit. 5. in 2. edit.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regular. reſolut. 15. num. 33.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 180.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 66. num. 9.*

2. *α Seu præſtimonia* ] An ſint beneficia Eccleſiaſtica, latè diſputaui *in tract. de iure Eccleſiaſt. lib. 2. c. 8.* & ibi citatis addo Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de Simonia cap. 25. num. 2.*

---

*Beneficia Regularia conferantur non niſi Regularibus actu, aut qui eſſe debeant.*

## CAPVT. X.

1 *Doctores referuntur de materia cap. agentes.*
2 *Beneficia S. Ioannis Hieroſolymit. comprehenduntur ſub hoc decreto.*
3 *Regulares etiam Canonici ſunt incapaces beneficij ſimplicis.*
4 *Milites Regulares S. Iacobi, & alij ſimiles ſunt capaces beneficiorum ſecularium.*
5 *Equites Capellani Religionis S. Stephani præſentari poſſunt ad Eccleſias ſeculares.*
6 *Canonicus ſancti Georgij in Alga poteſt admitti per Datariam ad parochialem Eccleſiam ſibi reſignatam.*
7 *Beneficia regularia quæ?*
8 *Religioſus vnius Religionis non eſt capax beneficij alterius Religionis.*
9 *Religioſus non eſt capax beneficij alterius monaſterij eiuſdem Ordinis.*
10 *Beneficium regulare adminiſtrationem non habens dari poteſt his, qui habitum nōdum ſuſcepero, modò illū ſuſcipere, & profeſſionē emittere teneantur.*
11 *Beneficia adminiſtrationem habentia dari poſſunt his ſolùm qui profeſſionem priùs emiſerint,*
12 *Beneficia regularia ſecularibus, & è conuerſo in ſubſidium dari poſſunt.*
13 *Beneficia regularia quando dicantur dari in ſubſidium ſecularibus, & è contra.*

REgularia [a] *beneficia*, in titulum Regularibus profeſſis prouideri conſueta, cùm per obitum, aut reſignationem, vel aliàs illa in titulum obtinentis vacare contigerit, *β religioſis tantùm illius Ordinis*, *γ vel ijs, qui habitum*, omnino ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur, & non alijs, ne veſtem lino, lanaque contextam induant, conferantur.

*a* Cap. cum de beneficio de præbend. in 6. & infrà ſeſſ. vlt. c. 21. circa mediū de reg. & mon. Deut. 22. c. cum cauſam de elect. & c. quidem de Apo.

1. VIde Nauarr. *conſil. 9. de præbend. in antiq.* aliàs *conſil. 11. de ſtatu monach. in nouis*, Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. de præbend. deciſ. 8.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 4. quæſt. 5. num. 2.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 34. art. 3.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 2. verb. beneficia, §. 5.* Seraphin. *deciſ. 1165. & 1305.* Mantic. *deciſ. 68. nu. 5.* Azor. *inſtit.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inſtit. moral. part.2. lib.6.cap.4. Aloyſ.Ricc.in collect. deciſ. part.4.collect.763.& in praxi aurea reſolut.332.Gonzal.ad regul.8.Cancell.gloſſ.8.à princip. Nicol.Garc.de benef. p.7.c.10. Franc. Leo in theſauro fori eccleſ.p.2.c.3.num.19.Viuian. de iurepatronat.p.2.lib.1.cap.1.ex num.79.in nouiſſ.impr. Campan. in diuerſ.iuris Canon,rubr.12.cap.7.à num.14.Sanchez in præcepta Decalogi lib.7.c.29.à num.27.Ioan.Anton. Maſſobr. in ſua praxi habendi concurſum,prælud.7.dub.21.à nu.2. Hieron.Roder. in compendio quæſt.regul. reſolut.15. à nu.4. Anton.Fabric.de re benefic.tit. de ſeculari & regulari benefic. Cardinal.Tuſch.tomo 1.littera B.concluſ.67.Sebaſt.Cæſar. in relect. de eccleſiaſtica hierarchia, diſput. 14. §. 1. n.2. Paul. Layman. in Theologia morali lib.4. tract.2.c.4. numer.1.&2. Squillante de priuileg.clericor.cap.4.nu.2. Tamburin. de iure Abbatum tom.3.diſp.9.q.7.num.18.Rot. in Ferrarien. Prioratus 18. Aprilis 1611.coram Attrebaton.

2. Comprehendi ſub hoc decreto beneficia Religionis S.Ioan.Hieroſolymitani,cenſuit Rota deciſ.569.p 2.recẽt.

3. Regulares ſunt incapaces beneficij ſimplicis, etiamſi eſſent Canonici regulares, non autem beneficij curati, iuxta diſpoſitionem cap.quod Dei timorem, de ſtatu monach. ſed hoc ex ſtylo concedi non debet,niſi inſtante Epiſcopo pro neceſſitate,vel vtilitate Eccleſiæ. Ita refert deciſum Nicol.Garc. de benefic.p.7. cap.10.num.31. & 32.

4. Beneficiorum ſecularium, ſiue ſimplicium, ſiue curatorum,capaces ſunt Milites Regulares militiæ S. Iacobi de Spatha, alijſque huiuſmodi non emittentes omnia tria vota ſubſtantialia,ita referunt deciſum Nicol. Garc. in addit.ad ſuum tract.de benef p.1.cap.4.num.24.Ego ipſe de officio & poteſt.Epiſcopi p.3.alleg.57.num.174.

5. Equites Capellanos Religionis S. Stephani Papæ & Mart. etſi habeant proprias Eccleſias dictæ Religioni ſubiectas,præſentari poſſe ad alias Eccleſias ſeculares, ex lib. ſtatutorum,& conſtit.dictæ Religion. fol.26. ex Viuian. dixi d.alleg.57. num.173.

6. Canonicum S. Georgij in Alga admitti per Datariam ad Parochialem Eccleſiam ei reſignatam, ait Aldan. in compendio Canon.reſolut lib.3.tit.4.nu.10. vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum in Veronen.17.Nouembris 1629.

7. α Regularia beneficia.]Quæ dicantur,latè tradunt Sanchez d.lib.7.c.29.à num.11. Hieron. Roderic. d.reſolut.15. num.27.cum ſeqq. Ego ipſe d.p.3.alleg.57.num.168.

8. β Religioſis tantùm illius Ordinis, &c.] Religioſum illius Religionis non eſſe capacem beneficij Regularis alterius Religionis,reſoluunt Rebuff.in praxi benefic.tit.de diſpenſat.cum regular.à nu.2. Nauarr. commento 4.de Regular. num.23.in princip.Fr.Emman.quæſt.regular.tomo 1.quæſt.34. art.8. Gonzal. ad regul.8. Cancell.gloſſ.8. num.96. cum ſeqq. Hieronym. Roder.d.reſolut.15. num.4.Sanchez d. lib.7.c. 29. num.29. vbi num.30. ſubdit nec Pontificem ſolitum eſſe concedere Regularibus gratiam aſſequendi beneficium alterius Ordinis,niſi transferendo illos ad id monaſterium, ad cuius collationem beneficium aſſequuntur, & num.31. hinc colligit integrum non eſſe duobus Religioſis diuerſorum Ordinum permutare beneficia regularia de licentia ſuorum Prelatorum,quia neuter eſt beneficij alterius capax,& citat Bellem. de permut. benef. p.2.quæſt.11.num.2.

9. Idem iuris eſſe quantum ad beneficia alterius monaſterij eiuſdem Ordinis, reſoluunt Rebuff. in praxi benefic. tit. de diſpenſat.cum regularib à num.2. Nauarr. de commento 4.de regul.num.23. in princip. Fr.Emman.quæſt.reg.tom.1. quæſt.14 art.8. Sanchez d.lib.7.cap.29.nu.29.Hieron. Roder. d.reſolut.15.num.50.per cap.cum ſingula. §.prohibemus, de præbend.lib.6. vbi id grauiter interdicitur, eaque acceptantes fiunt ipſo iure inhabiles, & ineligibiles.

γ Vel ijs, qui habitum, &c.] Ergo beneficium regulare 10.
dari poteſt his, qui habitum nondum ſuſcepere, modo illum ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneatur,Rot. in Carpentoraten. Prioratus 19. Aprilis 1619. coram bonæ mem. Buratto,inter eius impreſſas deciſ.390.

Beneficia regularia adminiſtrationem non habentia, nec non quaſuis Monachales,& Canonicales portiones Regularibus prouideri conſuetas poſſunt Ordinarij collatores conferre nedum eius Ordinis profeſſis, ſed etiam ſecularibus, qui habitum ſuſcipere, & profeſſionem emittere omnino teneantur, ita referunt deciſum Gonzal.ad regul.8.Cancellar.gloſſ.8.num.77.Piaſec. in praxi Epiſcop.p.2.cap.5.nu.23.Sanchez d. lib.7.cap.4. nu.24. Hieronym. Roder.d.reſolut.15.ſub num.4. Maſſobr. in praxi concurſus,prælud.7.dub.21.num.9.

δ Ad beneficia vero huiuſmodi adminiſtrationem 11.
habẽtia nullum eligi debere,niſi priùs profeſſionem expreſsè emiſerit, innuit Puteus deciſ.254.lib.2.in correctis,& expreſsè ſub die 12. Decembris 1585.reſolutum fuiſſe atteſtantur Piaſec.d.num.23. pagina 336.Campan.in diuerſ.iuris Canonic.rubr.12.cap.7.num. 16. Nicol. Garc. de benefic. p. 7. cap. 10. num.10.Gonzal.d.gloſſ.8. num.78. & huius deciſionis meminit Rota in dicta Carpentoraten. Prioratus 20. Martij 1620.coram bonæ mem.Buratto,inter eius impreſſas deciſ.463.num.1.

In ſubſidium verò,veluti ſi deficiant Regulares, aut 12.
neceſſitas vrgeat,puta quia idonei nõ reperiuntur,beneficia regularia ſecularibus, & è conuerſo conferri poſſe probat text. in cap. inter quatuor,de relig.domib.& reſoluunt Rebuff.in concord. tit. de collation. §.volumus,verſ.conformitatem,& in praxi tit.de diſpenſat. cum regular. num.40. & in tract. nomin quæſt.5. num.13. verſ. fallit niſi idonei non reperiantur,Gonzal d.gloſſ.8. nu.43. Nicol.Garc. d.p.7.c.10.nu. 16. Azor. inſtitutionum moralium p.2 lib.3. cap.26. quæſt.5. Valer. Reginald.in praxi fori pœnit.lib.30. tract.3 num.158. Paul. Layman. in ſumma Theologiæ moralis lib.4.tract.2.c.4. num.2.verſ.excipe quintò, & expreſsè quòd Sacerdos Regularis in ſubſidium,vt ſuprà,admittatur ad ſeculare beneficium curatum,tradit Abb. in c.1. de capell. mon.quem referunt & ſequuntur Cephal.conſil.358. nu.25. Ioan.Baptiſt. Coſta de remed. ſubſid. remed.71. num.2. vbi intelligit ſiue ſit liberum, ſiue iuriſpatronatus laicorum.

Quando autem dicantur beneficia regularia dari in 13.
ſubſidium ſecularibus, & è contra ponit Abb.in d. cap.inter quatuor, quem refert & ſequitur Azor. d. q.5. aſſerens hunc ordinem eſſe ſeruandum, videlicet vt ſi alij eiuſdẽ cœnobij fuerint, hi adhibeantur, ſin minus, aduocentur alij Monachi alterius cœnobij, eiuſdem tamen Ordinis; quòd ſi nec hoc fieri queat,ſupponantur alij alterius Ordinis Religioſi, vt colligitur ex c.relatum,ne clerici,vel mon. quòd ſi etiam hi deſiderentur, tunc ſeculares clerici in eorum locum ſufficiunt.

---

*Nullus admittatur ad profeſſionem, niſi vt in Ordine, ad quem transfertur, ſub obedientia maneat, & beneficiorum ſecularium etiam Curatorum incapax exiſtat.*

## CAPVT XI.

1 *Doctores de materia & intellectu huius cap. agẽtes.*
2 *Prælatus non poteſt ſuis Religioſis tranſlatis, abſq; iuſta cauſa concedere facultatem ſtandi extra monaſterium.*
3 *Superior poteſt dare licentiã tranſlato ad modicũ tẽpus ſtandi extra monaſterium cauſa prædicationis.*
4 *Tranſlati ad Carthuſianos poſſunt ibi in clauſtro Priores, & extra clauſtrum procuratores eſſe.*
5 *Regulares nulli etiam Canonici poſſunt ſine diſpenſatione Apoſtolica beneficia curata, nec in perpetuum*

*petuum, nec ad tempus habere.*

6 *Canonici Regulares non ſunt admittendi ad curam Parochialium Eccleſiarum abſque Sedis Apoſt. diſpenſatione.*

7 *Canonicis Regularibus Lateranen. non licet etiam.*

8 *Milites Regulares non emittentes tria vota ſubſtãtialia non ſunt incapaces beneficiorũ ſecularium.*

9 *Sacerdos adſcriptus Eccleſiæ receptitiȩ, ſi fiat miles Capellanus Hieroſolymitanus non poteſt prȩtendere fructus Eccleſiæ receptitiæ.*

QVia verò Regulares, [a] de vno ad alium Ordinem translati, facilè à ſuo Superiore licentiam ſtandi extra Monaſterium obtinere ſolent, quo vagandi, & apoſtatandi occaſio tribuitur: nemo cuiuſcumque Ordinis Prælatus, vel Superior vigore cuiuſvis facultatis aliquem ad habitum, & profeſſionem admittere poſſit, niſi vt in Ordine ipſo, ad quem transfertur ſub ſui Superioris obedientia in clauſtro perpetuò maneat, ac taliter translatus, etiam ſi Canonicorum Regularium fuerit, α *ad beneficia ſæcularia, etiam curata* omnino incapax exiſtat.

[a] Additio ad cap. 27. Concil. Agathenſis.

1. VIde Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 15. num. 79.* Nauarr. *commento 4. de regul. num. 11. & 12.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. q. 53. art. 4.* Azor. *inſtit. mor. p. 1. lib. 12. c. 14. q. 12. verſ. in Concilio.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 81. & 82.* Hieron. Roderic. *in compend. quæſt. regul. reſol. 123. num. 88.* qui aiunt ante hoc decretum fuiſſe frequentiſſimum tranſlatum legitima licentia de vna in alteram Religionem poſſe à ſuperiore Religioſo, ad quam transfertur, admitti animo eius, non retinendi in clauſtro, ſed dandi ei poſtea licentiam manendi extra clauſtrum perpetuò, vel per multos annos, ſed vix à culpa liberum quòd bono fine ea dimiſſio deſtitueretur, finis enim ſolebat eſſe vagari, & liberum reddi à iugo regulæ. Addunt præterea plures ex citatis potuiſſe licere dicto Superiori in aliquo euentu, nempe concurrentibus maxima ſuæ Religionis deferendæ neceſſitate ob moleſtias, perſequutiones, aut diſſenſiones, vel ſimiles caſus, & magna difficultate inueniendi Monaſterij, eum Religioſum perpetuò alere in clauſtro volentis, & magna de tranſlato fiducia; quo caſu poſſe Prælatum admittere illum animo concedendæ licentiæ manendi extra clauſtrum non tam amplè, & vagè, ſed arctatè ad eum locum, in quo poſſet Prælatus eius vitam noſſe, eiuſque curam habere, eumque corrigere, & ſi opus eſſet, alio transferre. Aduertunt deinde citati Doctores decretum hoc non videri inducere ius nouum, ſed antiquum declarare, & ita improbare eas licentias, quæ communiter erant illicitæ, ac ſtatui Religioſo valde pernicioſæ, ac proinde in caſu, in quo prædictæ licentiæ ante id decretum erant licitæ, eſſe quoque modò, quòd in eo caſu tantæ neceſſitatis nec facilè conceſſæ dicantur, nec materiam vagandi præſtent, nec ſit omne ſalutis remedium huiuſmodi Religioſis occludendum.

2. Poſſe Prælatum eam ſtandi extra Monaſterium tranſlatis his facultatem concedere, quam licitè concedere poſſet proprijs eius Religionis alumnis, & ſicut ijs non poſſet abſque iuſta cauſa concedere, ſecus tamen illa exiſtente, ita & illis, reſoluunt Nau. *d. commento 4. de Regular. num. 15.* Sanch. *d. cap. 7. num. 84.*

3. Superiorem poſſe dare licentiam tranſlato ad modicum tempus ſtandi extra monaſteria cauſa prædicationis, vel audiendi confeſſiones, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ li. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 69.*

Pius V. edidit conſtitutionem reuocatoriam indultorum recipiendi, vel retinendi Religioſos alterius Ordinis, etiam laxioris, quæ incip. *Quæcunque*, ſub dat. Romæ pridie Id. Octobris 1569. per quam conſtitutionem poſſe Epiſcopum agere contra Regulares vagantes de vno in alium Ordinem tranſlatos, refert deciſum Armendar. *d. l. 7. de Religion. num. 68.*

4. Omnes cuiuſcunque Religionis legitimè translatos ad Carthuſianos poſſe in eadem Carthuſienſi Religione in clauſtro Priores, & extra clauſtrum procuratores eſſe, reſolutum atteſtatur Armendar. *d. l. 7. de Relig. nu. 67.*

5. α *Ad beneficia ſecularia etiam Curata*, &c.] Nullos Regulares, etiamſi Canonici ſint, poſſe ſine diſpenſatione Apoſtolica beneficia Curata nec in perpetuum, nec ad tempus habere, referunt deciſum Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Canonicus Regularis*, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 7. num. 53.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 71.* Mari. Antonin. *variar. reſolut. lib. 1. reſol. 20. num. 13.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiȩ Archiepiſc. Neapolit. deciſ. 159. p. 1.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſolut. 15. num. 52. in fine*, vbi cum Sanchez *citato loco* atteſtatur ſacram Congreg. ex decreto Gregorij XIII. declaraſſe nullum hodie Regularem eſſe capacem beneficij curati abſque Pontificis diſpenſatione, Ego ipſe *in collect. ad cap. quod Dei timorem, num. 3. de ſtatu monachor.* vbi plures citaui Doctores reſoluentes, poſſe de iure communi, per illum textũ.

6. Canonicos Regulares, non obſtante *d. cap. quod Dei timorem*, non eſſe admittendos ad curam parochialium Eccleſiarum abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, reſoluunt Fr. Ludouic. Mirandam *man. Prælat. tom. 1. q. 32. art. 5.* Nicol. Garc. *de benef. p. 7. cap. 10. num. 31.* Aldan. *in compend. canon. reſolut. lib. 2. tit. 5. num. 11.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum per S. Congreg. Epiſcop. & Regul. negotijs præpoſitam *in vna Cremonen. 1. Septembris 1603.*

7. Canonicis Regularibus Congregationis Lateranen. non licere etiam de licentia ſui Generalis abſque permiſſu Summi Pontif. aſſumere curam animarum, etiam ad tempus, multoque minus beneficium Curatum ad tempus, referunt deciſum Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. Canonicus Regularis*, Nicol. Garc. *d. p. 7. cap. 10. num. 32.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 5. num. 23.* Gabr. Pennot. *lib. 2. hiſtor. tripart. Canon. Regal. c. 72. num. 7. circa med. cum ſeqq.* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. diſp. 9. quæſt. 7. num. 11. cum ſeqq.*

8. Milites Regulares militiæ S. Iacobi de Spatha, alioſque huiuſmodi non emittentes tria vota ſubſtantialia, videlicet caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, non eſſe incapaces beneficiorum ſecularium ſiue ſimplicium, ſiue curatorum, neque etiam penſionum, reſoluit Nicol. Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benefic. p. 1. c. 4. num. 23.* vbi ait ſic fuiſſe deciſum *ſub die 10. Nouembris 1609.*

9. Sacerdotem adſcriptum Eccleſiæ receptitiæ, ſi fiat Miles Capellanus Hieroſolymitanus, ſeu alterius Militiæ, non poſſe prætendere fructus Eccleſiæ receptitiæ, quia reputatur Regularis, qui non eſt capax beneficiorum ſecularium, tenet Aldan. *d. tit. 5. num. 12.* aſſerens ſic fuiſſe reſolutum *ſub die 17. Martij 1619.*

*Solus competenter ex ſuis dotans, aut de nouo Capellam fundans, iuſpatronatus obtinet.*

## CAPVT XII.

1 *Doctores de materia huius cap. agentes.*

2 *Intelligitur de iuribuſpatronatus in futurum acquirendis poſt Concil.*

3 *Eccleſiam in proprio ſolo ſuis ſumptibus conſtruens,*

*in ea iuſpatronatus acquirit.*

4 *Iuſpatronatus fundatum in fundo ſubiecto fideicõmiſſo reſtituendo cum vniuerſa hereditate, acquiritur heredi, & fideicommiſſario.*

5 *Compatronus non adiungitur fundatori inuito.*

6 *Eccleſiam conſtruens cum proteſtatione recuperandi expenſas ab ea, tunc iuſpatronatus non illi acquiritur, ſed Eccleſiæ.*

7 *Iuſpatronatus non acquiritur ex conſtructione neceſſariè, non voluntariè facta.*

8 *Iuſpatronatus acquiritur ex reedificatione, ſeu refectione Eccleſiæ penitus deſtructę.*

9 *Iuſpatronatus ex Eccleſiæ conſtructione acquiritur abſque alia reſeruatione, niſi illud expreſsè remittatur.*

10 *Conſenſus tacitus diœceſani in conſtructione Eccleſiæ ad acquirendum iuſpatronatus colligitur ex inſtitutionibus ipſius factis ad præſentationes patronorum.*

11 *Conſenſus expreſſus Ordinarij, qui requiritur in cap. nobis, poteſt etiam ante creationem iuriſpatronatus interuenire, & poſtea, & quandocunque.*

12 *Dotans inſufficienter, quod arbitrabitur Epiſcopus, non acquirit iuſpatronatus.*

13 *Iuſpatronatus non acquiritur ex augmento dotis.*

14 *Dos ab initio fundationis ſufficiens præſumitur.*

15 *Conſenſus diœceſani requiritur in dotis datione, & aſſignatione.*

16 *Ad acquirendum iuſpatronatus non requiruntur tria illa copulatiuè, fundus, conſtructio, & dos. Contrà num. 17.*

*Iuſpatronatus honorificum in Eccleſia Conuentuali non acquiritur ex ſola conſtructione abſque dote. ibid.*

18 *Inſtituere præſentatos à patronis, & per examen idoneos repertos, ſolus poteſt Epiſcopus.*

19 *Inſtitutio præſentati à patronis non poteſt reſeruari alteri quàm Epiſcopo, niſi, &c.*

20 *Inſtituendi ius poteſt competere Prælatis inferioribus ex cauſa neceſſaria.*

[a] Seſſ.25. cap.9.
[b] Cap. piæ mentis cum ſeq.16.q.7.& ca. nobis. de iurepatro.& infrà ſeſſ.vlt. c.6. in princ.

NEmo, etiam cuiuſvis [a] dignitatis Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis, quacumque ratione, niſi Eccleſiam, beneficium, aut Capellam α *de nouo fundauerit* * *& conſtruxerit*, ſeu iam erectam, quæ tamen ſine ſufficienti dote fuerit, de ſuis proprijs, & patrimonialibus bonis β *competenter dotauerit*, [b] iuſpatronatus impetrare, aut obtinere poſſit, aut debeat. In caſu autem fundationis, aut dotationis, γ *huiuſmodi inſtitutio Epiſcopo*, δ *& non alteri* inferiori reſeruetur.

1. VIde Lambertin. *de iurepatron. lib. 1. p. 1. q. 2. cum ſeqq.* Paul. de Citadinis *in ſimili tra. p. 3.* Roch. *eod. tract. verb. Eccleſiam fundauit, & verb. conſtruxit, & verb. dotauit.* Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap.* 10. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 4. princ.* Perez *l. 1. gloſſ. 1. tit. 6. lib. 1. ordin.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 4. quæſt. 40. num. 40. cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. iuſpatronatus,* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ. 18. num. 33. cum ſeqq.* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. cap. 9. à num. 36.* Cardoſ. *in praxi iudicum, & aduocat. verb. iuſpatronatus, num. 2. cum ſeqq.* Camill. Borell. *in ſumm. omnium dec. tom. 1. tit. 32. à num. 1.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 5. collect.* 1693. Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. p. 2. cap. 6. num. 25.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum prælud. 7. dub. 6.* Vgolin. *de officio & poteſtate Epiſcopi cap. 51. in princ. num. 6.* met-ipſum *in ſimili tract. p. 3. alleg. 70. num. 1.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 8. à num. 1.* Caſtro Palao *in opere morali tom. 2. tract. 13. diſput. 2. puncto 2. num. 6.* Tamburin. *de iure Abbatum, tomo 3. diſp. 9. quæſt. 21.*

2. Intelligendum eſſe hoc decretum de iuribuſpatronatus in futurum acquirendis poſt Concilium, non verò de acquiſitis, refert deciſum Ricc. *p. 4. deciſ.* 257. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit. 30. l. 1. de iurepatron. num.* 22. ſubdens *num.* 21. eorum titulos eſſe oſtendendos Ordinario, & ſi apparuerit iurapatronatus rectè, ac ritè conceſſa fuiſſe, nec ex illis eſſe, quæ reuocata ſunt *infrà ſeſſ. 25. de reform. c. 9.* & data fuiſſe ea lege expreſſa, vt præſentatio fieret Capitulo, ſeu dignitatibus Cathedralis Eccleſiæ, ſaluum adhuc manere illud ius præſentationis, ex *d. cap. 9. & ſeſſ. 7. de reform. cap.* 13. ſi verò de non ſimplicibus beneficijs agatur, ſeruandam eſſe formam *ſeſſ. 24. de reform. cap.* 18.

3. α *De nouo fundauerit et conſtruxerit.*] Quamuis aliud ſit fundare Eccleſiam, & aliud conſtruere, ſiquidem fundare dicitur, qui fundum dat, ſeu aſſignat vt Eccleſia conſtruatur; conſtruere verò dicitur, qui ipſam conſtruit, vel ædificat, vt *in cap. Abbatem, el 2. 18. q. 2. cap. nobis 25. de iurepatr.* adhuc hæc verba appoſita ſunt ad demonſtrandum quemlibet modum, fundationis ſcilicet, & conſtructionis, ſufficere vt prædictum ius acquiratur, non verò vt ſignificent fundationem ipſam & conſtructionem debere coniungi. Ita D. Felician. de Vega *ad cap. quanto, nu. 24. de iudic.* vbi *num.* 26. aduertit quòd ſi adſit conſuetudo quòd ſola fundatio non operetur huiuſmodi iuſpatronatus niſi ſimul cum conſtructione, ita quòd ſi alter ſit qui conſtruit, quàm qui fundauit, ille ſolus ſit patronus, ea debet ſuſtineri, ſicut in noſtra Hiſpania receptũ videmus, in ea enim non qui fundum præſtitit ad Eccleſiam, vel Capellam, ſed qui illam conſtruxit, vel dotauit, vtitur prædicto iurepatronatus, vt notat Nicol. Garc. *d. cap. 9. num.* 41. Intellige ſiue quis eam in proprio ſolo ſuis ſumptibus omnino conſtrueret, *cap. Abbatem 18. quæſt. 2. cap. nobis, de iurepatronat.* ſiue etiam ſolum tantummodo, ſiue fundum ad eam ædificandam obtulerit, ac donauerit. Lambertin. *de iurepatronat. p. 1. lib. 1. quæſt. 2. art. 2. num. 1. & 2.* & Doctores communiter. At quamlibet fundi donationem non tribuere iuſpatronatus, ſed neceſſarium eſſe vt totum dominium transferatur, reſoluunt Lamb. *d. p. 1. q. 2. art. 2.* Maſſobr. *d. prælud. 7. dub.* 18.

4. Si verò fundum ſubiectum ſit fideicommiſſo reſtituendo cum vniuerſa hæreditate, iuſpatronatus in eo fundatum acquiri hæredi & fideicommiſſario, niſi hæres habeat quartam totius hæreditatis aliunde, reſoluunt Lambertin. *d. p. 1. quæſt. 9. art.* 21. Maſſobr. *d. prælud. 7. dub.* 12.

5. Fundatori inuito non adiungi compatronum, tenent Lambertin. *d. part. 1. quæſt. 3. artic. 6.* Maſſobr. *d. prælud. 7. dub.* 11.

6. * *Et conſtruxerit.*] Etiam abſque proprij fundi aſſignatione, veluti ſi in ſolo ab alijs dato ipſe proprijs ſumptibus libere Eccleſiam conſtruxerit, *cap. monaſterium 16. quæſt. 7.* aliàs. enim ſi hæc fiant iuxta terminos *cap. ad audientiam e l. 1. de Eccleſ. ædificand.* & cum proteſtatione recuperandi expenſas ab ipſa Eccleſia, tunc iuſpatronatus non illi acquiri, ſed Eccleſiæ, ex cuius bonis illa fuit conſtructa, reſoluunt gloſs. *verb. conſtruxiſſe, in cap. Apoſtolicos 17. quæſt. 2.* Gonzal. *d. gloſ. 18. num.* 33. Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. cap. 9. à num.* 36. Monet. *de commut. vltim. volunt. cap. 10. num. 202. & ſeq.*

7. Sicut etiam non acquiri iuſpatronatus ex conſtructione neceſſariè, non voluntariè facta, tenent Lambertin. *d. p. 1. lib. 1. quæſt. 4. princip. art. 7.* Rot. *deciſ. 167. num. 5. & 6. part. 2. diuerſ. & deciſ. 758. num. 2. part. 2. recept. & in Camerinen. penſionis 10. Decembris 1625. coram R. P. D. meo Pirouano.*

8. Iuſpatronatus etiam acquiri ex reædificatione, ſeu refectione Eccleſiæ penitus deſtructæ, ſeu funditus dirutæ, ita vt noua conſecratione indigeat, tenent Roch. *de iurepatron. verb. conſtruxit. num.* 12. Lambertin. *eod. tract. p. 1. lib. 1. q. 6. princip. art. 3. ex num.* 13. Burſat. *conſil. 310. à num 3.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

num.3.vol.3.Menoch. conſil. 90.num.27. & conſil.336.num. 5.cum ſeqq.Spin.d.gloſ.4.num.28.Zerol.d.p.1. verb. iuſpatronatus,§.2.ad fin.Seraphin.deciſ.518.& 907.Aloyſ. Ricc. in collect.deciſ.p.5.collect.1559.Azor. inſtitut. moral.p.2 lib.6.c. 19.quæſ.10.Gonzal.ad reg.8.Cancel.gloſ.18.num. 33. Nicol. Garc.d.cap.9.num. 51. Campan. in diuerſ. iuris canon.rubr. 11.cap.13.num.373.Stephan.Gratian.diſcept. forenſ.ca.177. num.26.Maſſobr.in praxi habendi concurſum.prel.7.dub. 22. num.6.ſecundùm Romanam impreſſ. Viuian.in praxi iuriſpatr.lib.2.cap.4.nu.6.in vlt impreſſ. Caſtro Palao d.punct. 2.num.5.Rot.in Senen.beneficij 18.Martij 1596. coram Litta, & deciſ.54.num.5.p.1. recent. & in Mutinen.plebis, ſeu Iuriſpatronatus 21. Februarij 1625. coram R. D. meo Coccino Decano, & in Boſſanen. Parochialis 3. Iunij 1626. coram bonæ mem. Buratto, inter eius impreſſas dec. 946.num.7.

9. Ex qua quidem Eccleſiæ conſtructione acquiri iuſpatronatus abſque alia reſeruatione, niſi illud expreſsè remittatur, firmant Viuian.d.p.1.lib.2.c.1.num.9. Ferentil. in annot.ad deciſ.1.Buratti num.14. litt. B. quia probata conſtructione cum aſſenſu Epiſcopi ſaltem tacito, & præſumpto, non eſt neceſſe probare alium aſſenſum quoad acquiſitionem. Caualer.dec.336.ex num.4.

10. Tacitus autem conſenſus diœceſani Ordinarij colligitur ex inſtitutionibus ipſius factis ad præſentationes patronorum, Roch.de iurepatron verb. pro eo, quæſt. 8.num. 20.Rot. in Aquen. iuriſpatronatus 7. Nouembris 1601. coram Card.Lancelloto iun.impreſſa per Marcheſ. de commiſſionib. p.1.pag.454.Beltramin.ad dec.420.Gregorij XV.num.7.

11. Expreſſum autem ipſius Ordinarij diœceſani conſenſum, qui requiritur in cap. nobis 25. de iurepatron. poſſe etiam ante creationem iuriſpatronatus interuenire, & poſtea, & quandocunque, firmarunt Cald. conſil. 6. de iurepatron.Roch.d.verb.pro eo.q.4.num.9. Lambert. d.lib.1.p. 2.quæſt.1.art.16.& quæſt 11.art.16. num. 5. Rot. in Pientina iuriſpatronatus 13. Martij 1609. coram R. D. meo Decano, & in Brittonorien.iuriſpatronatus 7.Maij 1612.coram bonæ mem. Vbaldo ſen.Beltramin.d.num.7. Ego ipſe de officio & poteſtate Epiſcopi p.3.alleg.70.num.21. vbi num.23. quòd præſtandus eſt ab Ordinario illius loci in quo fundatur, vel conſtruitur Eccleſia, & num.30. quòd Ordinarij nomine in hac materia venit quilibet Prælatus, etiam inferior, dummodo habeat Epiſcopalem iuriſdictionem, & num. 32. extendo ad Capitulum Sede vacante.

12. β Competenter dotauerit.] Ergo dotantem inſufficienter, quod arbitrabitur Ordinarius, non acquirere iuſpatronatus, ſed dici benefactorem, tenent Lambertin.d.lib. 1. p.1.q.5.num.11.Nicol.Garc.d.p.5.cap.9.nu.52. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſ. reſol. 123. num. 3. verſ. declaratur, Armendar.in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.4.tit.30.l.1. de iurepatron.num.31.Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 18. num. 53. vbi ait quòd debet priùs conſtare dotem primã fuiſſe reductam de eſſe ad non eſſe, vt quis ratione ſecundæ acquirat iuſpatronatus. Caſtro Palao d. puncto 2. num.6.

13. Vnde illud non acquiri ex augmento dotis, bene reſoluunt Aloyſ.Ricc.in d.praxi reſol.150.Stephan.Gratian diſceptat.forenſ.cap.177.num.24.& 25.Rot.deciſ.521.p.2. recent. Ego ipſe d.allegat.70.num.15.& in collect. ad cap. quoniam 3.num.9. de iurepatronat.

14. Dotem autem huiuſmodi ab initio fundationis ſufficientem præſumi probat cap.nemo 100.de conſecrat. diſt.1. Calderin.conſ. 10.poſt med. verſ. pro parte contraria. Verall. deciſ.62.p.1.Gregor.XV.deciſ.48.num.5. Rot. in Toletana iuriſpatronatus 11. Februarij 1627. coram R. D. meo Coccino Decano, impreſſa per Viuian. poſt ſuam praxim iuriſpatronat.deciſ.112.

15. In huius dotis datione, & aſſignatione requiri diœceſani conſenſum, ſicut in fundatione, & conſtructione, aduertit Viuian.in d.praxi iuriſpatron.lib. 2. cap. 4. num.17. ſecundùm nouiſſ. impreſſ. ſubdens Diœceſanum antea qualitates dotantis exquirere debere, & quomodo velit dotem conſtituere, & an ſit congrua, & ſufficiens. Sed an ſine particulari reſeruatione dotem danti acquiratur iuſpatronatus? Affirmatiuè tenent Roch. d. verb. dotauit, num.4.Rota dec.517.num.2.p.1.recentior.& deciſ. 674. num. 1.p.2.Durand.dec.147.n.1.& in diſcurſu 285. n.28.cum ſeqq.

16. Vtrùm autem ad acquirendum iuſpatronatus tria illa copulatiuè requirantur, ſcilicet fundus, conſtructio, & dos? Non requiri, ſed vnum ſufficere vt concurrat; cùm Iura alternatiuè loquantur, videtur probare text. in cap. nobis, & ibi gloſſ. verb. conſtruxerit, cap. quoniam, & ibi gloſſ. verb. fundatores, de iurepatron. cap. filijs, cap. decernimus, cap. monaſterium 16.quæſt. 7. cap. ſignificauit, de teſtib. gloſſ. magna in cap. piæ mentis 16.quæſt.7.Abb. in cap.ad audientiam, num.10.& 11.de Eccleſ.ædific.& in cap. propoſuit num.1. de filijs presbyt. & ibi additio, idem Abb. in d.cap. nobis, num.2. Cardin.num.3.Ioan.Andr.num.6.& 7.Butr.num.1. Boich etiam num. 1. Anchar.in princ. & num. 6. Hoſt.num. 1. de iurepatron. Beroi. in cap. quoniam,num. 95. eod.tit. Hoſt. in ſumm.de iurepatron,num.2.Abb.conſil.54.num.1.p.1 & conſil.59.num.1.& 3 p.2. Card.conſil. 122.num. 2. verſ. ad quod, reſpondeo, Ioan.de Anania conſil. 24. verſ. iſtud probo, & ibi Bolognet.num.6.Menoch.conſil.241.num.1.& 4. & de præſumpt.lib.3.præſumpt.90.num.4. & 5. Lambertin. d. lib.1.p. 1.quæſt.1.art.1. num.18. verſ. venio igitur ad 1.Spin. d. gloſ. 4.princ.num.28.& 29.Paul. de Citadinis de iurepatronat.p. 3.num. 1. Vgolin. de officio Epiſcopi cap. 51. in princ. num. 6. Franc. Leo in theſauro fori Eccleſ.p.2. cap. 6. num... Camil. Borrel.in ſumm.deciſ.tom.1 tit.32.num.23.Verall. deciſ.133. p.2.Rot.diuerſ.p.1.deciſ.598.num. 1. & p.4.deciſ.565.num.2. eadem Rot.deciſ. 5. de iurepatron in antiq. Aloyſ. Ricc. in deciſ.curiæ Archiep.Neapol.deciſ.72.num. 5. & ſeq. p.1. Rota apud Tambur. poſt to.3. de iure Abbatum dec. 28.per tot.

17. Contra Roch. de Curte de iurepatron. in princ. num. 3. ad fin. & num. 4.& in verb. Eccleſiam fundauit, num. 2. quæſt. 2.& verb.conſtruxit, num.3. quæſt. 3.& verb. dotauit, num. 1. Abb.conſil.106.num.2.col.1.in fine, verſ.quod etiam, part. 2. & in cap. ad audientiam, num. 4. de Eccleſ. ædificand. Ioan. de Anania conſil.24.num.4. verſ. illud probo, Gregor. Lopez l. 1 gloſ.3.tit.5.p.1.Perez tom.1 ordinam fol.136.verſ. fundatione igitur. & folio 137. verſ. ſextò quæritur, Monet. de commutat. vltim. voluntat. cap.10.num.202.verſ. ego verò. Nicol. Garc.de benefic.p.5.cap.9.num.44.Caſſador.deciſ.6.num. 10. de iurepatronat. exiſtimantes ad acquirendum iuſpatronatus tria copulatiuè requiri, ſcilicet fundum, conſtructionem, & dotem, ſiue ab vno, ſiue à diuerſis.

Iuſpatronatus honorificum in Eccleſia Conuentuali acquiritur ex ſola conſtructione abſque dote, cap. nobis, de iurepatron. Lambertin.p.1.quæſt.11.art.7.num.5. & lib.3. quæſt.1. princ. num. 5. cum ſeqq. Rota apud Tambur. poſt tom.3.de iure Abbatum deciſ.28.num.4. Et huiuſmodi iuſpatronatus honorificum acquiritur etiam ex ſola conſtructione abſque reſeruatione, niſi expreſsè remittatur, quia Eccleſia deducitur de non eſſe ad eſſe, & cùm conſtructor faciat expenſas conſiderabiles, æquum eſt, vt in illa Eccleſia honorentur, & inuitentur Chriſti fideles ad ſimilia peragenda. Lambert. d. lib. 1.p.1. quæſt.2.art.4. num.12. Rota apud Tambur. vbi ſupra d.deciſ.28.num.5. & deciſ.29.num.2.

18. γ Huiuſmodi inſtitutio Epiſcopo, & non alteri, &c.] Epiſcopum ſolum poſſe præſentatos à patronis, & per examen idoneos repertos inſtituere, reſoluunt Lambert.lib.2.p.3. quæſt.1 princ.art.10 num.1. Mari.Antonin.var.reſol.lib.1.reſol.47 num.6.& reſol.55.num.11. in fine, Valer.Reginald.in praxi fori pœnitent.lib.30.tract.3. num. 224. Vgolin. de offic. Epiſcopi.c.51.§.4.num.1. Ego ipſe d.p. 3. alleg.72. num. 176. vbi num. 183. amplio ad Capitulum Sede vacante.

19. δ Et non alteri inferiori reſeruetur.] Et ideo in Eccleſijs exemptis non poſſe reſeruari inſtitutionem præſentati à patronis alteri, quàm Epiſcopo, niſi Rector illius loci fuerit Ordinarius, ordinariaque fungatur iuriſdictione. refert deciſum Armendar.in addit.ad recop.legum Nauarræ,lib.4.tit.30.l.1.de iurepatron.num.62.

20. Ex cauſa neceſſaria, nempe priuilegio, ſeu præſcriptione immemoriali, poſſe Prælatis inferioribus ius inſtituendi competere, reſoluunt Lambert. lib.2.p.3. quæſt.1. princ. art.10. Mari.Antonin. d. lib.1. reſol.9. num.11. & reſolut.12. & reſol.47.num.6. Ego ipſe d.p.3.alleg.72. num. 184. & à num. 185. verius credo inſtitutionem etiam auctorizabilem inferioribus Prælatis præſcriptione acquiri poſſe, & numero 188. quod Religioſis in Eccleſijs, quæ pleno iure eis ſubijciuntur, pertinet inſtitutio, in illis verò, quæ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pleno iure ad illos non pertinent, inſtitutio, & deſtitutio ad eos non ſpectat, ſed Presbyteri ab illis præſentandi ab Epiſcopo ſunt inſtituendi, de quo etiam Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. ord. in exempros, p. 4. quæſt. 80.* Hieron. Roder. *in compendio quæſt. regul. reſolut. 15. num. 13.* vbi ait per multa priuilegia Apoſtol. collationem, & inſtitutionem beneficiorum Regularium, etiam auctorizabilem, pertinere ad Monachos, & ad monaſteria, quibus ſunt vnita, nec Epiſcopos in eorum vacatione poſſe edicta proponere, nec ad concurſum vocare.

---

*Præſentetur beneficiandus ipſi Ordinario, aliàs inſtitutio ſit nulla.*

## CAPVT XIII.

*1 Intelligitur quoad examen dumtaxat ab Ordinario faciendum de perſona præſentati.*
*2 Inſtitutiones inferioribus ex immemorabili competentes non ſunt ſublatæ per Concil.*
*3 Capitulum Sede vacante poteſt præſentatos Clericos à patronis inſtituere.*
*4 Vicarius Epiſcopi, ſeu Capituli Sede vacante habẽs mandatum generale poteſt inſtituere præſentatos.*
*5 Edictorum relaxatio in hac materia ad eos ſpectat, ad quos ante Concil. ſpectabat.*

a Vide ſeſſ. 25. c. 9. c. illud & c relatum. de iurepatron. Cõc. Maguntien. tempore Arnulphi c. 4. Concil. Saleguſtad. c. 13. & infr. c. 9.

NOn liceat præterea [a] patrono cuiuſuis priuilegij prætextu, aliquem ad beneficia ſui iuriſpatronatus, niſi Epiſcopo loci Ordinario, ad quem prouiſio, ſeu inſtitutio ipſius beneficij ceſſante priuilegio, iure pertineret, quoquomodo præſentare: aliàs præſentatio, ac inſtitutio, forſan, & ſecutæ, nullæ ſint, & eſſe intelligantur.

REfert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit. 30. l. 1. de iurepatron. num. 63.* hoc decretum intelligendum eſſe quoad examen dumtaxat ab
1. Ordinario faciendum de perſona præſentati, ſecundùm *cap. 13. ſeſſ. 7.* non autem intelligendum vt cenſeatur ablata inſtitutio, quam ſaluam eſſe omnibus Epiſcopo inferioribus hoc idẽ Concilium voluit *ſeſſ. 25. c. 9. ver. quod ſi ad inferiores,* nec per id cenſeri ſublatas fundationes, veluti ſi fundator Capellæ reliquerit inſtitutionem Capitulo.

2. Inſtitutiones Archidiaconis & alijs inferioribus ex immemoriali competentes non eſſe per Concilium ſublatas, refert deciſum Nicol. Garc. *de benef. p. 9. c. 3. n. 19. ad 1.*

3. Capitulum Sede vacante poſſe præſentatos clericos à patronis inſtituere, reſoluunt Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. Sede vacante q. 9. verſ. quæ concluſio.* Nicol. Garc. *p. 5. cap. 7. num. 54.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 38. q. 2.* Ego ipſe *d. p. 3. alleg. 72. num. 183.*

4. Vicarium Epiſcopi, ſeu Capituli Sede vacante non habentem mandatum limitatum, ſed generale, poſſe inſtituere præſentatos, probat *cap. ex frequentibus, de inſtitut. & ibi gloſſ.* & Doctores, & *in cap. fin. de officio Vicarij, lib. 6.* Roch. de Curte *de iurepatronat. verb. competens, quæſt. 31.* Miles *verb. Vicarius Epiſcopi.* Couarr. *lib. 3. variar. cap. 20. num. 7.* Soar. de Pace *in pract. tom. 2. prælud. 3. num. 7. & 8.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 9. §. 1. à num. 78.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Vicarius, §. 14.* Azor. *d. part. 2. lib. 3. cap. 44. quæſt. 5. & lib. 6. cap. 22. quæſt. 3.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 8. num. 84. cum ſeqq.* Sbroz. *de officio Vicarij lib. 2. quæſt. 3. per tot.* vbi *num. 15.* aduertit quòd licèt in hoc decreto dicatur inſtitutionem fieri non debere niſi ab Epiſcopo loci Ordinario, & quòd propter illas particulas, *quoquo modo, & niſi,* videantur excluſi ſimiles caſus, diſſimiles, æquales, & maiores expreſſis, ac indirectos, tamen Vicarij non ſunt ſimiles, nec æquales, nec maiores Epiſcopis, ſed vnus, & idem cum illis, ac proinde excluſi non cenſentur, ſed Archidiaconi, Archipresbyteri, Decani, & Præpoſiti.

Edictorum, ſiue citationum ad vocandos oppoſitores relaxatio, quæ fieri debet in præſentationibus patronorum, & edicta ponere ante inſtitutionem iuriſpatronatus, ad eos ſpectat, ad quos ante Concil. ſpectabat. Ita refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. p. 9. cap. 3. num. 19.* 5.

## *S E S S I O  X X I.*

### Laicos, & Clericos non conficientes, non adſtringi Iure diuino ad Communionem ſub vtraque ſpecie.

## CAPVT PRIMVM.

*1 Doctores de materia cap. agentes.*
*2 Clerici non conficientes Euchariſtiam ſibi adminiſtrare poſſunt.*
*3 Laicus niſi in neceſſitate extrema mortis, & in abſentia Sacerdotis Euchariſtiam ſibi adminiſtrare nequit.*

Iſaiæ 11.
a Cõc. Conſtant. ſeſſ. 13. infrà can. 2.
b Matth. 26. Marc. 14. Lucæ 22. 1. Cor. 11.
c Ioann. 6.
d Ibidem.
e Ibidem.
f Ibidem.

ITAQVE ſancta ipſa Synodus, à Spiritu ſancto, qui ſpiritus eſt ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & pietatis, edocta, atque ipſius Eccleſiæ [a] iudicium, conſuetudinem ſecuta, declarat, ac docet, nullo diuino præcepto laicos, *a & Clericos non conficientes,* obligari ad Euchariſtiæ Sacramentum ſub vtraque ſpecie ſumendum, neque vllo pacto, ſalua fide dubitari poſſe, quin illis alterius ſpeciei Communio ad ſalutem ſufficiat: nam [b], etſi Chriſtus Dominus in vltima cœna venerabile hoc Sacramentum in panis, & vini ſpeciebus inſtituit, & Apoſtolis tradidit: non tamen illa conſtitutio, & traditio eò tendunt, vt omnes Chriſti fideles ſtatuto Domini ad vtramque ſpeciem accipiendam aſtringantur. Sed neque ex ſermone illo, apud Ioannem ſexto, rectè colligitur vtriuſque ſpeciei Communionem à Domino præceptam eſſe, vtcumque iuxta varias Sanctorum Patrum, & Doctorum interpretationes intelligatur. namque qui dixit [c]: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: dixit quoque [d]: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et qui dixit [e]: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam: dixit etiam [f]: Panis, quem ego dabo,

caro

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN